



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Capvt XVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

§. 6. Videntur etiam exactores notasse, Petro quiddam concessum singulare præ cæteris, licet discipuli de primatu disquirerent. Humanum quid passi discipuli sunt, quod Euangelista quoque significauit dicens: in illa hora, quando scilicet cæteris omnibus Petrum prætulit. Nam cum ex Iacobo & Ioanne, alter primogenitus esset, nihil tamen tale pro ipsis fecisse videtur: veriti autemurbationem profiteri suam, non aperte quare Petrum ipsis præponeret, sed con-

fuse. Quis ergo maior est, interrogarunt. Quando tres illos præferri conspexerunt, nihil tale passi sunt: cum vero ad vnum delatus honor est, tunc nimirum doluerunt: quamuis non ex hacre solum. Sed ex aliis quoque multis inflammati fuerunt: Tum quia dixit illi. Dabo tibi clauis regni celorum: Tum quia: Beatus es tu Simon Bariona, cum etiam hic: Da eis pro me & te: Tum denique, quia liberius eam multo Christo colloqui conspiciant.

CAPVT XVIII.

Mat. 9. c.
34.
Luc. 9. f. 46
Inf. 19. b. 14
1. Cor. 14.
d. 20.
Mar. 9. f. 42
Luc. 17. a. 1
Sup. 5. c. 30.
Mar. 9. g.
43.
Psal. 33. a. 8.
Luc. 19. b.
10.
Luc. 15. a. 4
Luc. 17. a. 3
Leu. 19. d.
17.
Eccl. 13. b.
13.
Iac. 5. d. 19.
Deu. 19. b.
15.
2. Cor. 13.
a. 1.
Heb. 10. c.
28.
Ioan. 8. c.
17.
2. Thes. 3.
d. 14.
1. Cor. 5.
b. 9.
Io. 20. e. 23.
Luc. 17. a. 4

Nilla hora acceperunt discipuli ad Iesum, dicentes: Quis putas, maior est in regno celorum? 2. Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum. 3. Et dixit: Amen dico vobis, nisi conuerſi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum celorum. 4. Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno celorum. 5. Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit. 6. Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. 7. Væ mundo à scandalis. Necessè est enim vt veniant scandala: verum tamen vae homini illi, per quem scandalum venit. 8. Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te: abscinde eum, & proice abs te: bonum tibi est ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. 9. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proice abs te: bonum tibi est cum vno in vitam intrare quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. 10. Videte ne contemnitis, vnum ex his pusillis: dico enim vobis, quia Angeli eorum in celis semper vident faciem patris mei, qui in celis est. 11. Venit enim filius hominis saluare quod perierat. 12. Quid vobis videtur: si fuerint alicui centum oues, & errauerit vna ex eis: nonne relinquit nonaginta nouem in montibus, & vadit querere eam, quæ errauit? 13. Et si contigerit vt inueniat eam: Amen dico vobis, quia gaudet super eam magis, quam super nonaginta nouem, quæ non errauerunt. 14. Sic non est voluntas ante patrem vestrum, qui in celis est, vt pereat vnus de pusillis istis. 15. Si autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum, si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. 16. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium testimonium stet omne verbum: 17. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ: si autem Ecclesiam non audierit: sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus. 18. Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. 19. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quæcumque petierint, fiet illis à patre meo, qui in cælis est. 20. Vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. 21. Tunc accedens Petrus ad eum, dixit. Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei: vsque septies? 22. Dicit illi Iesus: Non dico tibi vsque septies: sed vsque septuagies septies. 23. Ideo assimilatum est regnum celorum homini, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. 24. Et cum cepisset rationem ponere, oblatuſ est ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta. 25. Cum autem non haberet unde redderet, iussit eum Dominus eius venundari, & uxorem eius, & filios, & omnia, quæ habebat & reddi. 26. Proci dens autem seruus ille, orabat eum, dicens. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. 27. Misertus autem Dominus serui illius, dimisit ei. 28. Egressus autem seruus ille inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios: & tenens suffocabat eum, dicens: Redde quod debes. 29. Et procidens conseruus eius, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. 30. Ille autem noluit: sed abiit, & misit eum in carcerem donec redderet debitum. 31. Videntes autem conserui eius quæ fiebant, contristati sunt valde: & venerunt, & narrauerunt Domino suo omnia, quæ facta fuerant. 32. Tunc vocauit illum Dominus suus: & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: 33. Nonne ergo oportuit & te miseri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? 34. Et iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum. 35. Sic & pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.

IN CAPVT DECIMVM OCTAVVM

ARGVMENTVM.

DISCIPVLIS, quis in cælo maior esset? ambitiose quærentibus, modestiam & honoris fugam suadet, vocato in medium paruulo, serid assueuerans, non posse eos in regnum celorum ingredi, nisi efficiantur sicut paruuli, & cum maiorem fore, qui se humiliauerit, vt paruulus iste. Eadem occasione scandala vitare monet etiam si opus sit, membrorum abscissione. Paruulos contemni vetat, se enim venisse saluat, quod perierat. Charitatem porro suam, pastoris ouem perditam quærentis, exemplo demonstrat. Deinde ordinem modumque corrigendorum fratrum exponit, vt primo priuatum,

uatim, deinde coram testibus, tertio coram Ecclesiâ fiat, quam si non audierit, sit sicut Ethnicus & Publicanus. Rationem subiungit, quia daturus sit potestatem illis, ligandi & soluendi. Consensum autem, & congregationem in sui nomine factam impetraturam ait, quod petierit. Ignoscendum denique fratribus ait septuagesies septies, idque exemplo seruicem milia talenta regi debentis confirmat, qui cum crudeliter à conseruo centum denarios extorquere conaretur, condonationem decem millium fecit irritam. A principio ad versum 15. legitur in Syriacâ Ecclesiâ, feriâ primâ tertîæ hebdomadis post pentecosten. Inde ad versum. 23. Feriâ primâ quartæ post pentecosten. Vocant autem Syri etiam pentecosten vocabulo Græco. Scriptum enim est: פֶּנְתֵּקֹסְטִי pentecosti.

Hinc ad finem in parasceue Sabbathi secundi ieiunii. Hæc est enim פֶּרַחֲבָה degbarubetha, quod etiam infra cap. 27. est parasceue, פֶּרַחֲבָה gbiarbiuh in Zochare est oratio vespertina.

Humilitatis igitur & charitatis, quâ proximo condonamus debita, commendationem, tota illa Historia continet. In his enim Christianæ religionis fundamentum & perfectio consistit.

VERSUS 1.

In illa hora acceperunt discipuli ad Iesum, dicentes: Quis putas maior est in regno cælorum?

QVÆSTIO I.

Quonam ordine res acta sit in questione, de maiore in regno cælorum?

VERSUS 3.

Et dixit: Amen dico vobis, nisi conuerſi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum.

QVÆSTIO I.

An nemo maior fuerit in regno cælorum?

§. 1. Non euerit regna Christus, aut Magistratum iura, nec Ecclesiasticorum munerum distinctionem tollit, sed ambitionem, & intempestiuam honorum cupidinem. ad regnum quidem cælorum tendere, fidei & charitatis est, verum Apostolorum alia mens fuit. Per regnum cælorum, Christi regnum imaginabantur plenum opibus, dignitate, felicitate, & in hac vita etiam splendidum, & Romana maiestate augustius, in illo primatum ambiebant, & regnum superbiam stimulabat honoribus in monte collatus, quasi familiaris adhiberetur, didrachma pro Petro solutum, & quod iam instare regnum videretur, postquâ Dominus à mortuis surrexisset. Ex illa dignitate ad cælorum tendebant regnum illud æternum, & in illo quoque primatum ambiebant.

§. 2. Quare impudens est Bullingeri Epiphonema, cum Catholicos accusat, quod diligentes sint disputatores & feruentes, cum disputatur de maiestate & obedientia, affirmatque hæc argumenta ex carne & corruptissimis proficisci affectibus. Impudens est inquam calumnia: illi enim, qui obediendi partes habent, de legitima potestate, & ordine Ecclesiæ disputant, quo sublato necesse est Ecclesiâ interire. Ita- que non ambiciose, sed modestæ sunt disputationes, quibus subditi suorum magistratum iura asserunt. Quin Caluinus hic etiam de disciplina & iudicio Ecclesiæ agi pronunciat, eiusque iudicium vult esse Dei iudicium, cur non igitur de nostra Ecclesiâ asseueremus, cui datæ sunt promissiones? Vbi certè, ubi est iudicium, ibi necesse est, ut sit iurisdic-tio.

§. 3. Occasionem ambiciose disputationis ex prærogatiuis Petri ortam docet Chrysostomus. Quam igitur à Sanctis recedant hæretici apparet, dum in solutione census, Petrum cæteris prælatum negant. Nec modo cæteris prælatum, sed subulcis etiam æquatum censent, ut supra ex Caluino citauimus.

§. 4. Regnum cælorum nec pro sola vita æterna, nec Ecclesiæ primatu accipio, sed pro conuictis. Chrysost. Maxim. Euthym. D. Thom. Haymo. Baradius, pro vita æterna accipiunt, verum discipuli & illam optabant, & regnum Christi in terris amplum, & gloriosum.

§. 1. Matthæus refert discipulos in illa hora accessisse, & quæsisse quis maior esset in regno cælorum? At Lucas ait, in viâ cogitasse, quis eorum esset maior, Dominum cognouisse illam cogitationem, & vocasse paruulum ad se. Marcus amplius addit, Christum domi quæsisse, quid in itinere disputassent, illos tacuisse, sed postquam confedit, accessisse duodecim & dixisse. Qui vult primus esse, &c. Nulla est inter Euangelistas dissensio, verum alius recenset, quod alius omittit. Cogitationem recenset Lucas, ab occulta enim ambitione disputatio orta fuerat, atque etiamnum dubitabat æmulatio. Cum domum ventum est, interrogauit illos Christus. Sed ipsi pudore siluerunt. Hæc ad primum ingressum facta sunt, dum Petrus piscem capere, & soluere tributum iubetur, postquam rediit Petrus, vocauit ad se duodecim, qui tum audaciore questionem in Thesi proponunt; Quis maior esset? Non, Quis eorum maior esset? Syrus habet מַנְיָי מַנְיָי manni kirab. Quisnam est Magister, seu magnus, aut princeps? Græce est μέγας, quasi sit expletiva particula, quam noster vertit, putas, quod Latini etiam quasi interfectionem vsurpant. Non semel, sed sapius ista cogitasse, ait Chrysostomus; ac tum demum interrogasse. Lucas sane solius cogitationis mentionem facit. Quamuis etiam post hanc admonitionem iterum illa cogitatio subiit. Nam de dignitate hæret diutissime cogitatio. Est enim pallium, quod nunquam Philosophus, sero Christianus deponit. Hoc vitium nondum efficaci Spiritus Sancti gratia oppressum erat. Potentiam enim appetit, bona destruit, & in recte factis præcipue venenum eius perniciosum est, consortium odit, inuidiam comitem habet. Gratiam sæpe impedit, nisi eam sanet gratia, superbiam Deus aliquando non cito sanat, pro qua tamen sananda, anima cum lachrymis & multis gemitibus supplicat.

supplicat

355

3

Evangelia
CIV
18

gloriosum rati in eo quoque primatum ambiebant, atque hac ratione Lyranus, Carthusianus, Maldonatus & alii, facilius cum aliis conciliari possunt. Nemo est enim qui iudicet Apostolos, ita de terreno primatu disputasse, ut gloriam æternam secluderent, & ex ambitione, quam Dominus reprehendit clarum euadit, eos etiam humanitus quid passos. Splendorem regni terreni spectasse, iamque suæ militiæ quasi emeritos præmia postulasse. Nesciebant enim, quanti illos labores, quanta certamina, contumelia, cruciatulque manerent. Ipsi labores & incommoda resurrectione terminabant; ad tum primum initia prælii: futura erant. Post resurrectionem certe rogabant, an esset restitutus regnum Israel illo tempore, quo iam cum illis versabatur. Hæc illi tum sentiebant, vasa quidem electa, sed adhuc fragilia, virtute Spiritus Sancti, postea firmata sunt & solidata, cum principibus sacerdotum & regibus non cederent.

§. 5. Audacter sane Zvinglius: Apparet, inquit, ex istis, nullum præfuisse ex discipulis Christum: quemadmodum Papista de Petro & suis successoribus stulte, ne dicam impie contendunt. Præfuit ipse, sed ambitum præfaturæ reprehendit. Pascere iussit eum ones, qui plus cæteris diligebat. Ordinem enim constituere necesse fuit. Congregare & ordinari Concilium Apostolorum & Seniorum Ecclesiæ concordia postulat. Opus est vno, qui conuocet, qui sententiam quærat, qui etiam Apostolatus principium teneat. Petrus præficiendus erat, electione Christi, non superba præfatione. In Christo beatus erat, in se Satanas, ut etiam cæteri. Quin ipse Calvinus in Actor. 1. Apostolos ait Petro detulisse primas, cum eius rei nullum indicium det scriptura, Christum autem id sepius fecerit. Iam olim & Zvinglium & Bullingerum non modo Catholici, verum etiam ipsorum discipuli refutarunt, ut in præfatione sua ostendit Sarauia: Errorem scilicet illum de æqualitate ministrorum Ecclesiæ, exitialem factum esse toti Ecclesiæ, id eo à multis confutatum.

Præter illud nouit, quid Collegæ Calviniani machinentur, quid per inuidiosas coniectiones sibi quærant, quo tendant. Et Pontificem & Episcopos sublatos cupiant, non religionis, sed prædæ cupiditate. Episcoporum autem contemptu, hæreses & schismata oriuntur, ut iam olim Cyprianus totam Ecclesiam monuit.

QVÆSTIO II.

An fuerit mortalis ambitio?

§. 1. Nonnulli ita visum est; nisi enim conuersi fuissent, non intrassent in regnum celorum. id est per seipsum, nisi conuersi fueritis: at iam non erant uti paruulus iste. Honorum enim cupiditate tenebantur. Inter se disceptabant, æmulabantur, at in paruulo erat aperta simplicitas, sine inuidia. Sine ambitione, innocentia illius similes esse voluit. Syrus significanter expressit, *Therba phebun, vos mutaueritis*, seu conuerteritis. Solet autem verbum *Therba* quod est conuercere, reuerti, euertere, etiam pro penitere accipi: Siquidem hæreticos consulamus, g aurum peccatorum damnare Apostolos, inuenimus; Bullingerus hinc conicit, non tantum reliquias peccatorum in sanctis, sed grandia etiam peccata manere. Multi mortalem ambitionem esse non existimant, quod vero ait, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum celorum, non significare eos tales iam non esse, sed alludere ad eorum ætatem, ut qui iam grandes essent deberent fieri pueri. Hoc sane constat ad summum, eos modestiam simpli-

citatemque contendere oportere, non tamen eodem cum pueris gradu eam obtinere ad salutem esse necessarium; Valde tamen grauis mihi sane videtur, & maior quam in re leui castigatio. Nam primo præmittit grauissimam potestatem; *Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis*, hoc est, ab instituto de ambiendo primatu discesseritis, & mente mutata efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regnum celorum. Hoc argumento Abulens. q. 22. & Carthus. vtuntur. Non enim erant ut paruuli, ut enim efficiuntur, ut paruuli, conuertendi erant. Motum mutationemque in illis requirit non possunt ingredi, erat igitur aliquod ne ingrederentur obstaculum.

§. 2. Non tamen necessarium est, ut omnes & quæ grauer lapso esse iudicemus, vnus aut alter mortaliter, alii venialiter delinquere potuerunt. In eadem etiam hic principatum tenuisse credo, ut qui loculos haberet, & tur esset. Auarities autem & ambitio inter se amice coniungunt. Opum enim cupiditas ambitione inardescit, cum ad honores non nisi per diuitias eatur, & ambitio hoc se præsidio per fas & nefas instruere solet. Alias tamen quilius peccarunt in præcipite stetit certum est, facile casuros, nisi Dominus mature inuidiam & superbiam increpatione repressisset. Magna humilitatis commendatio. Non modo paruulorum est regnum celorum, verum tam sunt illi diuina æstimatione magni, ut vos propter suscepcionem regnum celorum suis accepturi, illi igitur ingrediuntur, & suis cultoribus, ac amicis Dei fauorem conciliant. Nullo igitur modo sunt contemnendi, cui omnes similes esse oportet. Vnusquisque enim illum, cui similem esse se exoptat, suscipit ac veneratur. Sine humilitate autem in celum non ascenditur: In quibusdam autem, ut in Iuda defuit omnino humilitas, in aliis valde infirma fuit.

§. 3. Tertullianus l. de monogamia etiam hoc abusus est facto contra nuptias secundas. *Cum paruulorum dicit esse regnum celorum, cum consortes illi facit alias post nuptias pueros, &c.* Quali vero pueros nominando, adultos aut maritos repudiet, aut non item etiam contra primas nuptias confici possint. Tam enim isti ætati primæ, quam secundæ, nuptiæ repugnant. Verum illa erantium consuetudo est, ut ex quouis scripturæ loco quodlibet conficiant. Quasi citasse scripturam, sic institutum probasse: at simplicitas quam Christus probat non est eorum, qui vnā uxorem habent, aut habuerunt. Sed qui malicia paruuli, innocentiam paruulorum imitantur. Quomodo enim Apostolos conuerti oportuit, ut efficerentur paruuli, si de nuptiis agebatur? Nec enim omnes habebant uxorem, & forte nemo bigamus erat.

§. 4. Quotidie conuerti oportet, qui quotidie peccamus. Falsum quod Zvinglius docet: *Et licet quotidie doleamus, nihil tamen efficiamur meliores, quia potius relabimur. Ut si quis corbem quotidie lauet, nihil sit melior crebra lotione, sed atteritur potius, etiam si aliquando fiat parior.* Perniciosa est & Nouatiana illa doctrina; cum peccator ingemuerit melior erit, quia filius erit misericordiae ex filio iræ. Lauamini & mundi estote, clamat Spiritus Sanctus. Nec mandati tantum, sed etiam noui, renouamur enim Spiritu mentis nostræ, viuificamur, Christo conformemur, inferimur oleæ & participes eius pinguedinis efficiamur, cum Christo compantamur. Lotione igitur non atterimur, ut corbis, sed mundamur, renouamur, perfecti efficiamur, ut aurum. Milera certe Calvinianorum penitentia, & iustificatio, quæ meliores non facit, sed ut veterum sportatum putrida vimina atterit. Nec est noua conspectio, sed

Sed vetus fermentum, imo nec regeneratio, hæc enim novitatem, vires, virtutem ex alto animis adfert, sed veritas & interitus. Hinc nonnulli Lutherani Wittenbergenses à cæteris dissentientes, iustificacionem aliud esse non censuerunt, quam conuersionem non imputationem, ut cum ipsi homines continuo peccarent, Deus continuo illis non imputaret peccatum, essetque certamen hominum peccatorum & Dei remittentis. Verum ab illis etiam recitantes recedunt; dum pudore quodam sanctificationis emadescunt, ne improbitissimus quisque eorum opinione iustus videretur, ut iidem Wittenb. prop. de i. Ioachim. Cureus Maior, & principio Philippus & Bez. l. 1. 99. Theolog. fol. 689.

§. 5. Misere igitur sibi illudunt inanissima fiduciatione Sectarii, imo & sibi contradicunt, cum certos se salutis arbitrantur. Nisi enim similibus ornemur & moribus, & affectibus, inquit Bullingerus, non ingrediemur in regnum Dei. de se & suis loquitur. Qui enim fieri potest, ut Calviniani certo sciunt se talibus moribus & affectibus ornatos? Quid enim si non modo reliquias, sed grandia etiam ambitionis peccata habent? Nam hæc in Apostolis fuisse ipsi pronunciant. Miratur sum impudentiam Musculi ad fidem Christi verba detorquentis. Quid aliud facit Christus hæc assertionem, quam quod fidem nobis quasi extorquere vel, & dimovere nisi credamus certo perituros? Quid est scripturam deprauare? Si hoc est vere interpretari? Christi verba sunt: Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum celorum: Est ne hoc dicere? Nisi credatis, certo peribitis? At Apostoli iam credebant: iam confessi Christum erant: & si non credebant, fidem perdidissent, ex sententia Calvinianorum credebant, sed infirmitate humana ambitiosi erant, ad submissionem animi, & gloriæ honorumque contemptum, non ad fidem eos Dominus hortatur. Et forte paruulus ille ætatis teneritudine & rationis imbecillitate nondum credebat, cui similes esse iubentur, ambitionis absentia, non fide. Itaque Musculanæ deprauationi oppono, ipsoe ius in eisdem lustris collegas. Bulling. Augustinum Marloratum, Reijciendos, autem; Nisi ab hac peruersa voluntate cupiditate ad veram animi submissionem conuerteritis. & Calvin. Ecce quæ fit illa conuersio, de qua loquitur, Nempe humilitas & voluntaria submitio. Bulling. omnem fiduciationem suam interpretatione tollit. Horribilis, inquit, sententia, non enim delenda est & paternâ castigatione loquitur: Sed de perpetua abilitatione, quasi dicat. Tantum abest, ut maiores futuri fueritis regno celorum, ut ne vllam quidem portionem imo ne aditum quidem sitis habituri ad regnum celorum: quia in totum vos rejiciam. Sic quidem citatur à Marlorato in explicat. Eccles. in Matth. Paulò aliter tamen subdit in textu. Vt cum queres habeat: Si Christus discipulos omnino reiiciendos esse dixit, nisi animos mutarent, iam ergo iusti non erant, nec fidem ex errore Calvinistarum habebant, eam ergo cum ante habuerint, perdidissent. Quæ etiam illud adiungo. Apostolus non fuisse Calvinianos. Frustra enim Christus diceret: Ne vllam quidem portionem, ne aditum quidem habituri in regnum celorum, quia in totum vos rejiciam. Responderet enim ex axioma Calviniano. Nos certissimissimi, nos à re electos ad regnum celorum, nec posse magis excidere quam tu ipse. Electio enim nostra est immutabilis. Hac fide iusti sumus, & celum adire capimus. Horribilia igitur ista aliis ministrare. Nostra superbia nobis non imputatur. Iustitiæ nostre regitur, æternumque tēgetur. Easdem esse Christi mitias, ipse Calvinus docet. Christus neminem nisi in fimo subellio dignatur, nisi qui eminentia oblitus se humiliter. Porro similes paruulis esse oportet non sen-

sibus, sed malitiâ. 1. Corinth. 14. 20. Quamuis in istis paruulis quodammodo natua sit virtus, cum non dum viria se exerat, admodum enim paruulum fuisse Chrysostomus testatur, & ex Marco potest colligi, dicit e- uulo non nim *εγγυλιος*, hoc est, complexus, vel in vlnas erant si accipiens. Quomodo vero similes, fide seu fiducia speciali efficerentur paruuli, qui de illa fiducia nunquam quicquam animo conceperat? Stolidum igitur omnino est, conuersionem illam de fide interpretari, & fidei exemplum proponere paruulum. Etsi enim paruulum, credidisse concedamus, non tamen certum illi fuit, se sine bonis operibus in omni peccatorum genere iustum esse mansuram. Non enim decreta Calviniana de prædestinatione didicerat.

VERSVS 5.

Et qui suscepit unum paruulum talem in nomine meo, me suscipit.

QVÆSTIO I.

Quomodo paruulum suscipiendo Christum suscipimus?

§. 1. Vscipere *δέξασθαι* est, quocunque commodi, honoris, auxilii officio prosequi. Syrus habet, quasi puerulum. Propositum est Christo ostendere humilitatis dignitatem; humiles enim hoc in mundo, & futuro seculo honoratos esse indicat. Si enim paruuli susceptores, seu benefactores Christum suscipit, quo igitur quisque ad paruuli mores magis accedit, eo Christo propior est, & quasi eiusdem in hospitis remuneratione, non paris tamen dignitatis. Qua re apparet Christum non solum fide, sed charitatis etiam operibus suscipi, dū enim paruulos suscipimus, Christum suscipimus, & ille in nobis habitat. Est autem merces magna in paruuli susceptione, à Christo tanquam hospite honorari.

§. 2. Paruulus hoc loco, utroque modo paruulum significat, & eum qui ætate, & eum qui malitia paruulus est. Ex quo apparet, errare Anabaptistas, dum paruulis salutem negant, nec sacramenta salutis conferunt.

§. 3. Paruulum fuisse S. Martialem, qui postea Episcopus Zemonicensis creatus est, putat Anselm. D. Thom. Lyrantus, & alii. Non desunt alii, qui puerum illum S. Ignatium fuisse putent, sed quo argumento, nescio, sub Traiano ille martyrium passus est. Chrysostomus valde paruulum fuisse existimat, in quo scilicet vitiorum semina se nondum exerant, sed quæ etiam *ὀφθαλμοί*, iniuriam passi odia non concipiant. Hinc etiam Manichæorum infamiam refutat, qui naturam *καὶ εὐαγγέλιον* in se malam comminiscuntur. Si enim mala ex se esset, illa Philosophiæ exempla non præberet.

VERSVS 6.

Qui autem scandalizauerit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius & demergatur in profundum maris.

QVÆSTIO

QVÆSTIO I.

Quæ pœna scandalizet?

§. 1. **P**OENam ingentem proponit. Nam expedit illi, *συμφέρον*, vile est, vt mola alinaria suspendatur ex collo eius, & demergatur in profundum maris potius, quam vt scandalum præbeat. Molam alinariam Syrus vocat: *Molam asini*: Mola trufatilis est maior, quæ ab asino circumagitur, sicut minor ab homine: quidam lapidem molæ inferiorem arbitrantur, quia asini instar superiorem, totumque pondus sustinet. Aterbum est autem & partitidis decretum supplicium lege Pompeia, vt in cultum insuerentur: Palæstinis in atrocibus criminibus placuit morsio. Vide Hilar. can. 8. & Ambros. Serm. 10. Non igitur his sola fides, aut fiducia, aut non imputatio salutis est, sed opus est scandala vitare, paruulos suscipere, certe cui melius est molæ alinariæ illigatum mitti in profundum, illi peccatum imputatur. Itaque hæc totidem fulmina sunt contra rigidos Lutheranos, quos tamen alii refutant, ex eodem collegio Lutherano. Vt Gregorius Maior. Nico. aus Henning. in Syriacism. Ioannes Leonardus in glad. o. versatili. Lutherani in colloquio Altenbergensi, cum illis multi etiam Calviniani sentiunt, at alii ne ferre quidem possunt, vt fidem & opera iungenda esse dicamus. Atque id firmant ex dictis Lutheri Tom. 1. Wittemb. folio 292. *Fides nisi sit sine vllis etiam minimis operibus non iustificat, immo non est fides.* & ad Gallos: *Fides ante spem & charitatem sola accipit remissionem peccatorum.* Quod si verum est, iam igitur cum malis operibus paruulos scandalizat impius, cum charitate & spe caret, est iustus. Quod idem crassius & cædus in Postilla natiuitatis profert. *Qui salutem non ex mercedis gratia, ante omnia bona opera consequitur, nunquam eam sane consequetur.* Et deinde, *Ego iustitiam habeo, & salutis summam, sine vllis operibus in Christo meo.* Et sum iam ante beatum, antequam tu venies, ita vt nec tui, nec bonorum operum vlllo modo egeam. Quæ prorsus impia sunt & Christo contraria, qui salutem cunctis abnegat, nisi qui conuersi efficiuntur, vt paruuli, conuersi autem & paruulum effici, opus bonum est.

Sola fides non sufficit.

Effici paruulum est bonum opus.

§. 2. Demergitur in profundum *ἐν τῷ πελάγῳ*, eā enim dictione mare profundum, seu profunditas significatur, sicut Oceano vastitas. Syrus hoc expressit *בְּעוֹמְקוֹ* in profunditatibus, sed sita malis, vallibus. Hinc apparet futuri seculi grandiora esse supplicia, cum hoc quasi minus vile præ illis censatur, & illis redimendis suscipiendum, quemadmodum motem sectionibus & vltionibus homines redimunt.

§. 3. Scandalizare quidam pro quouis nocumeto accipiunt, nimium late. Hic enim est proprie intelligendum, cum factis, aut verbis delinquendi exemplum datur, aut occasio. Atque hoc est quod addit, *Vt mundo à scandalis*, cum faciunt scilicet offendere alios in via iustitiæ, vt à pietate & virtute desistant, & causam amittendæ innocentie adferant. Nec obstat quod scandalum opponatur beneficentie, vt Chrysost. & Theophil. docent. Nam grauissima peccandi exempla præbent, qui iniuriā afficiunt. Plus enim non modo proximo, quo ad rem nocet, qui eum circumuenit, spoliatur, pulsat, verum etiam exemplo mouet, dum vexatus, ira, indignatione, desperatione, ipse magis alienam improbitatem considerat, eamque imitatur per nefas recuperare contendit, quod per iniuriā amisit. Non de solo nocumeto sermonem esse, ea quæ connexa sunt ostendunt: Illud enim: *Vt mundo à scandalis*, de proprio scandalo dicitur. Quod vero de manu abscindenda, oculo erueno mandatur, non nisi de scandalo accipi potest. Scandalizat enim oculus, cum illecebras peccandi licentia offert. Chrysostomus eodem modo, scandalum

nomine contumeliam & contemptum interpretatur, nec mirari quoniam vult, se ita interpretari, cum multi propterea, quod contempti & reprehensi sint, valde scandalizentur. Verum igitur scandalum est, & grauissimum, cum occasione peccandi accipiunt, ex quo quod ladanatur. Eiusdem vero pulcherrimam contra superbiam lege hoc loco orationem.

§. 4. Vt mundo à scandalis, prædicit. Paruulis malum illud imminere interpretatur Chrysost. Hilar. Euthym. quod verum est, si scandalum nomine, iniuriā, damnumque intelligamus. Si autem proprie dictum scandalum, magis ad mundum impium pertinet. Mundus enim pro paruulis, hoc est, iustis accipi non solet. Nec vā quod Deus minatur, de iusto um tribulationibus in hoc mundo Christus usurpat. agit igitur de scandalorum auctoribus, qui plurimos turbant, perpetua enim sunt, nec passim procees faciunt, vt non noua scandalorum materia occurrat. Minuendū sunt hoc loco infirmi, qui scandalis quouidam cæfensi, veritatem ipsam deserunt, & ad aliquam sectam sese applicant, in qua tamen plura sunt scandala, imo ipsa tota secta scandalum est; Scandalorum seminatix, dum falsā & impia doctrina ad aduersum prouocat. Non deesse illis scandala docet hoc ipso loco Caluinus. *Suos, ait facile succumbere scandalis.* Ita sit vt pauci in Christi fide mediocres faciant progressus: expaui autem, qui stadium salutis ingressi sunt, vix decimus quisque ad metam indefessus contendat. Ecce in tanta turba Calvinianorum pauci mediocres faciunt in fide progressus. Ceteri ergo infideles sunt, non enim electi. Hi vero mediocres non omnes, sed vix decimus, saluantur. An ergo illi pauci fidem habebant? At perdere non potuissent, si non habebant, non sunt decem scandalis, non succubuerunt, sed perpetuo iacuerunt, fidem simulauerunt, hypocritæ fuerunt. Imo & illi, & decimæ eorum perierunt.

§. 5. Hinc etiam facile ostenditur contra Seditarios. posse eos qui credunt à iustitia desciscere, scandalizantur enim aliquando, & peccant, non igitur certa firmitate stabant. Alioquin nulla scandala subuertere possunt si fides semel data immobilis perhibetur. Contra sententia. P. P. qui ideo cauere scandala hortantur, ne alios perdamus. Ambros. in Psalm. 118. *Caveat scandalum.* Qui pacem habet, quā omnem mentem superat, magnus est, non de pusillis istis. Ideo scandalum paruuli non debet, quia pusillorum est exagitari scandalo. Vnde & Dominus ait. *Quicumque scandalizauerit vnum de pusillis istis minimis.* Non solum pusillos, sed etiam minimos dicit: quos perturbant scandala: & ideo graui obnoxius pœna est, vt legisti, quicumque perturbaueris infirmam mentis infantiam. Sicut enim grauior dignus supplicio est, qui persuaserit criminis famulo, & incautam precipitauerit artem: ita qui inualidum & insipientem, & improvidum circumscriptis persuasionibus erroris, aut exagitationis cordis affectum. Vbi scire quam infirmus sit qui scandalizatur? Non manducabo inquit carnem, ne fratrem meum scandalizem. Quā a infirmitas & quædam infantia animi, vt eum etiam esca fratris exagitet. Vnde non potest homini esse precipitium, quando etiam hinc est periculum? Et quod peius est, infirmitas huiusmodi serpit in multos. Hæc Ambrosius. Scandala autem facile illis offertur, qui facile franguntur, iniuriis, contumeliis exasperantur. Cyprianus de singularitate, monet ne aliis scandalo simus, cum de nobis adhuc dubitemus. Quamuis ergo nos nec de nostra stabilitate certum aliquid habeamus, qui sine cessatione concutimur, inter fluctus seculi perfringentes procellosos incursumus: tamen si alicui tanta fiducia sit de immobilitate propriæ infirmitatis. Saltem sollicitus reuerentem mider, ne ipse sit scandalum visibus alienis, sed terrestris. Vnde Dominus comminatur. *Vā, inquit, huic mundo ab scandalis:* Veruntamen vā homini illi, per quem scandalum venit.

Quæ

Quapropter Beza, Zanchius, alii errant cum aiunt, Electos tantum semel fide donari, fidei profusus amittere, Spiritum Sanctum omnino excutere, & à Christo penitus excedere non posse. Ita in Miscell. fol. 3. Arct. probl. parte. 21. pag. 901. Tigurini Apol. contra Lutherum fol. 16. Si enim electi iustitiam non amittunt, reprobi nunquam accipiant: non est scandalorum magna efficacia. Nemo enim pius deiicitur, impulsu offensionum, vili docent, ac proinde nemo credens in Christum scandal. sacur, vt iustitia excedat. Quod adeo pertinaciter tuetur Franciscus Lambertus in Comment. super Lucam. pag. 258. Vt Petrum lapsum asserat non habuisse fidem, qua Soli Deo fideretur: namque eum suis viribus plurimum tribuisse & fuisse esse. Hoc tamen Christus refellit, Sacerdotis sanctæ vocis oraculo: cum dicit, *Beatus es Simon Bariona, &c.*

VERSUS 7.

Va mundo à scandalis: Neceffe est enim vt veniant scandala: verumtamen va homini, per quem scandalum venit.

QVÆSTIO I.

Vnde sit scandalorum necessitas?

S. 1. Neceffe est: non est absoluta, sed hypothetica necessitas, posita mundi & Satanæ malitia; fieri & dare scandala. Nam is mali cordis est fructus, non tamen fiet impune, quod fit voluntarie & libere, licet certo eueniat. Beza; item non est necessitas à Deo, sed ab homine corruptione voluntaria. Hinc tamen male probat non iniuste puniri peccatores, etsi necessitas peccant. Si enim est necessitas agendi, non est culpa agentis; Quamuis aliqui scandalum venturum esset non propterea, qui illud fecit, culpa caret; libere enim facit, quia libere malus est, necessitas enim miseros, non malos efficit. Itaque & recentiores contra remouit, qui omnia alperius docent, iam olim arguit Bullingerus cum scripsit. Addit, neceffe est vt veniant scandala. Hoc est, quia nunquam in mundo defuerunt homines auari, luxuriosi, arrogantes, superbi, & maligni, qui perpetua spretu optimis quibusque, & summam bonorum offensione, pergant suas cupiditates persequi, & sceleris pessimis & putidissimi exaturare, ideo dico vobis: *Va mundo à scandalis.*

S. 2. Oratio Eclypsin habet. Nam forinsecus aliquid ad relinquentem sententiam adferendum est. Veluti cum dicit. Neceffe est, vt sebris esse obnoxium. Nam addendum est. Quandoquidem tam viuis licenter: similis locutio extat apud Paulum 1. Corin. 11. oportet hæreses esse. Hæc ex Catholicis Bullingerus hæreticus, nondum in hoc barathrum præcipitatus, vt ex diuino verbo vbique corrupto scelerum necessitatem in Deum referent, quod postea eius fecerunt, neque enim ideo scandalum venturum est, quia Christus venturum prædixit: Sed quia venturum vidit, ipse prædixit, vt obseruat Chrysostomus. Non enim quæ fieri videmus, videndo fieri cogimus, sed quia sunt in conspectu, non videre non possumus, sic diuina prouidentia omnia futura præcognoscit, & quæ suo tem- pore euentura sunt, intuetur, quia prouidentia oculis claudere non potest. Calvinus obiectioni respondet. Cur tanta Satana laxentur, id in arcanis Dei consilij esse, de quibus nos reuerenter sentire oportet. Ex illis hoc vnum esse, quod scandalum neceffe est, mundum turbare. Miscalus etiam, necessitatem à Dei prouidentia esse concludit. dicitur autem Deum dicit scandala mittere. Sed absit

vt ille ex prouidentia sua mittat, quæ etsi esse permittat, non probat tamen. Nec arcanum, Dei consilium est, quo iubet esse, sed quo permittit, nec cum possit, impedit, dum rationali naturæ datam libertatem auferri non sustinet. Zvinglius etiam durius loquitur, quam Calvinus, & minus recte blasphemus est. Dicit quis, cur ergo eos punimus qui offendunt? Respondet Hic ergo se aperit, cur etiam fontes plectuntur, cum neceffe sit, eos esse, & prouidentia diuina tales sunt? Impie diuinæ prouidentia ascribit quod fontes sunt, non enim Deus volens iniquitatem est, nec est neceffe esse tales, sed suo arbitrio malo, quod Deus non cogit esse malum, tales sunt. Quia autem hoc arbitrium sua sponte malum est, sequuntur scandala, mali fructus, malæ arboris. Pergit vero Zvinglius. Quemadmodum diuina prouidentia Deus prouidet, culpa malum, ita & malum pena prouidet. Nam qui ordinat vt is occidat aliquem, is & ordinat, vt idem ipse etiam gladio iudicis plectatur. Et hunc in Exemplum Zvinglius ponit sue iustitiae, & in eo manifestatur gloria & voluntas Borboria Dei, vt cuncti videant eum in vas contumelia adparatum. nus. Quid Borborianus aut Manichæus aliud loqueretur? Hoc enim est Deum auctorem criminum constituere, ordinationem eius causam homicidij docere. Vt enim causa est Deus, vt gladio reus plectatur, ita causa est, vt occidat; vtrumque enim ordinat. Vtrumque ab eius prouidentia proficiscitur, vt contendit Zvinglius. Nec reus ille exemplum est diuinæ iustitiæ, nec esse potest: miserabili enim necessitate diuinæ ordinationis eadem facere cogitur. Multo aliter Chrysostomus.

Sed si neceffe est, vt scandala veniant, quispiam opponet, cur mundum quasi miserum deslet, cum manum ei porrigere, atque opitulari potius oporteret? Hoc quippe prudentis Medici dominique prouidentissimi, illud cuiusvis opus esse, non iniuria potest: quid igitur ad tam impudentem linguam respondebimus? Quod scilicet nihil diligentissime illius cura par excogitari queat. Cum enim Deus sit, homo quoque propter te factus est, & serui assumpta forma extrema omnia passus, nihil quod ad se pertineret prætermisit: ceterum quoniam nihil hinc vilitatis ignauissimi homines consecuti sunt, idcirco eos deslet. Quia etiam post tot, tantaque ipsis allata remedia in morbis suis perseverarunt: Veluti si quis febricantem, cui licet peritus medicus affuerit, tamen quia eius præcepta contempsit, complorans diceret. *Va illi homini à graui agrotatione, quam per ignauiam plurimum atque plurimum auxit.* Verum ibi nihil ploratus conducere potest. Hic genus quoddam curationis est: futura mala prædicere, & deslere non penitentes, præsertim cum multi nullam quidem ex consilio, multam vero ex fletu vilitatem habuerint. Ideo va, dolentis vocem adhibuit, vt dolore suo ipsos incitaret, ac diligentiores, vigilantioresque faceret. Ad hæc benevolentiam quoque suam erga illos, & clementia magnitudinem ostendit, quia vel contra dicentes deslet. Ita non modo molestiam quandam, ex duritia aduersariorum capiebat, verum etiam & stendo & prædicendo, ad sanam eos mentem reuocare conabatur. Sed quomodo inquires id fieri potest? Nam si neceffe est, vt veniant scandala, quo pacto ea cuiare poterimus? Quia videlicet neceffe quidem est, vt scandala veniant, perire, autem non omnino neceffe est, seu si medicus quidam dixerit, si nulla medicina vteris, neceffe est, vt in hunc rursus morbum incidas: non omnino eum perire neceffe erit, qui vigilanter attendit.

Malitia ergo scandalorum causa est, & malitia libera non diuini decreti potentia. Nec tamen scandalum perire dicit eos, qui offenduntur, sed ego quia scandalum ignauia propria, non enim omnes illa præmunt, sed zantur, multi ardentiores, & perspicaciores inde exsurgunt. Diligenter inquit loco citato abs te ipso require. Nam qui mali sunt, si à se ipsis mali non sint, noli tuos seruos castigare, nec uxorem si peccat increpa, nec liberos verbera, nec amicos incusa, nec offendentibus inimicis insensus sis.

Adam. Conzen in Euang. Tom. 1.

Gg

Nam

religione, nec religionis propriè dictæ, sed minore honore, ut de ministris: honorati enim sunt ministri Dei. Deo templum construimus, illis tamen sanctorum Angelorum memoriam signamus. Angelos honoramus, nam eorum beatitudo honorabilis est. Honorantur nisi in solo Deo, ut creatoris maiestas in domis suis reliceat. Hoc dicere voluit Lactantius; comparat enim eos prævaricatoribus Angelis, qui nomen, & cultum deorum sibi vindicare conantur. Quod si magistratus, & sacerdotes honorandus est, tanquam Dei minister, cur non etiam Angelos honoremus? Colendus est Angelorum Dominus, sed tamen Angelis non honore privari non debent, quemadmodum aliis ministris æterni regis.

VERSUS II.

Venit enim filius hominis saluare quod perierat.

QVÆSTIO I.

Quorsum tendat, quod dicit: Venit filius hominis?

§. 1. Probat Angelos paruulis datos esse custodes; Hoc enim humane rationi mirabile, aut etiam absurdum poterat videri. Nobilissimam creaturam, Spiritus in Dei conspectu semper constitutos, omnibus principibus ac Monarchis maiores, hominum vilium & abiectionum custodiæ deputari. Non est illud, inquit, à divina misericordia alienum, ut Spiritus administratores salutis hominum constituantur custodes, protectores, & promotores, cum suum ipse filium miserit, ut salutem faceret, & servandos quod perierat, non quod paruuli tantummodo perierint, sed quod omnes. Alii ad superiora referunt. *Videte ne despiciatis vnum ex istis pusillis, nam venit filius hominis ad eos redimendos;* Impium est, & superbum eos despici ab homine, quos Deus exaltauit, quorum salutem filium vniuersum impendit. Syrus ad verbum: *Veni, & denache.* Ita illi solent loqui. Genes 6. 19. Marci. cap. 19. 25. Marci. 3. 4. & 8. 11. Cum vero Syrus & Latinus textus ita habeat constanter, mirum est in quibusdam Græcis totum versum deesse, apud Orig. non inueniuntur, Comment. Hieronym. omittit, legerunt tamen Chrysost. Theophyl. Hilarius. Hoc interrim teneamus intolerabile esse eorum fastidium, qui eos contemptim tractant, pro quibus deus pro sanguinem Christus fudit. Cauendum est, ne per hoc, Deus dat humana superbia, quod saluum Deus esse voluerit. Multo minus, ne eos contumeliose abigamus, quos regni sui hæredes Deus constituit.

§. 2. Sententiam pulcherrimam ac solatio plenissimam fœde corrumpit, & in Dei benignitatem blasphemus est Zvinglius. Obicit sibi, Christus neminem vult perire, nemo perit igitur, ac constat perire plurimos. Hunc nodum ut soluat, totam sententiam tollit. Christus hic vult dicere. Quandoquidem Deus misit me in mundum, ut pro mundo morerer, non vult, ut mundus pereat, immo nullum omnino vult perire, id est, ut tu eum offendas, contemnas. Itaque eum Deus, ut Zvinglius ait, vult perire, sed non vult, ut Petrus aut Ioannes det scandalum. Neminem vult per te perire. Neminem, inquit, tui sunt, sed Dei. Quasi vero Christus in eo bonitatem Dei collocet, quod perire quidem velit, sed non hac aut illa manu. Parum sane pereuntis interest, cuius gladio cadat. Atqui Christi argumentum eo tendit, ut dicat non esse ledendum aut contemnendum vllum, quia Deus nullum vult perire, ex Dei enim charitate deducit, homines etiam amari.

Adami Conzen in Euang. Tom. 1.

re proximos oportere, nec impune fore eos perdere, quos Deus perire non vult. Quod argumentum nullum est. Si Deus perire quidem illos vult, non tua tamen opera exitium adferri. Quamquam & hoc ipsum Zvinglianis decretis repugnat, si enim Deus exitum ordinauit, etiam eorum per quos perierunt, crudele ministerium ordinauit. Chrysostomus, Deum salute paruulorum gaudere, cum saluos fieri eos velle demonstrat. Omnia enim fecit ne perirent, magna ad eorum tutelam mœnia extruxit, atroces pœnas minatur illis, qui offendunt, regnum promittit suscipienti. frustra omnia, si eos perire vult, & carnificem perimendis apposuit. Omnes itaque saluari vult Deus, & Caluini Beza, Musculi aliorumque hæresin damnat, qui Christi satisfactio-nem ad solam peccatorum, quæ committunt electi, remissionem altrungunt. Quam hæresin studiose Zanchius, Simonius, Tigurini, & Heidelbergenses defenderunt. Verum cum sit Christus Saluator pro toto mundo, pro totius mundi peccatis mortuus est. Itaque Marloratus, alioqui eorum Sædator, in hoc ab illis recessit, Fol 229. & Gualterus. Hom. de incarnatione Domini. Werdmulerus, Hemmingus, alique, ne quispiam putet, solos orthodoxes blasphemum errorem execrari.

Porro impii perditionis suæ causam ipsi adferunt: cum mortis Christi, & meriti se participes non faciunt, sanguinem testamenti conculcantes, & filium Dei ostentui habentes. Quis autem gubernatori culpam tribuat, si epibatâ proterue in mare proficiat? Nauem ille medius in vndis regit, hortatur eos, ut salui esse velint: illi vero sua stultitia per-eunt.

§. 3. Quibusdam visum est, ita venisse ad hominum salutem, ut si in sua innocentia perstisissent, incarnatus non fuisset. Alii multi Theologi & Patres. Quin & Caluinus. l. 2. cap. 12. multis id asserit. alii vero locum sic interpretantur, ut dicant etiam fuisse venturum, manente primogenia omnium innocentia, non quidem corpore mortali, aut mortiturum, sed ut humane naturæ dignitatem asserat. Statuendum est igitur Dei bonitatem omnium salutis esse operatricem, nullum perire velle. Ut est etiam verbi. 14. *Non est voluntas ante patrem vestrum, in-venire venturum, more Syrorum קדם אבנחון Kedam abuchun, ea-rus?* dem phrasi fere reges & iudices in Germania vtuntur. Cum ait Deum nolle, ut vnus ex pusillis pereat, non affirmat aduulorum charitatem, curamque eum deposuisse, sed paruulos sibi caros, & que adeo omnes esse significat, nec enim maximum, nec minimum petire vult.

VERSUS 12.

Quid vobis videtur. Si fuerint alicui centum oues, & errauerit vna ex eis: nonne relinquit novaginta nouem in montibus, & vadit querere eam, quæ errauit?

QVÆSTIO I.

Quæ centum, & quæ vna ouis?

§. 1. Ræce est, alicui homini lvi. & d. & p. & o. Syrus etiam habet *וחד* lenasch, homini, noster verit sensum cum dixit, alicui, vel prætermisit, homini.

Gg 2.

Itaque

Lectio v^a
sus.

Itaque inique accusatur a sciolis, Beza ipsum defendente. Verus, inquit, interpret, vel hoc non legit vel pratermisit, nullā sensu iniuria. quamvis nisi legas, subaudiri necesse sit, ut vis comparationis intelligatur. Iunius & Tremellius nostrum imitati sunt, Nam quod est in Syro scriptum: Homini, ipsi vertunt alicui. Quod dicitur: nonne reliquit nonaginta novem in montibus & vadit, in Græco abest coniunctio, & alia adest distinctio, οὐκ ἀφ' οὗ τοῦ ἐννεήκοντος ἐννέα, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τοῦ πενήκοντος ἔρται τὸ ἀναμένον; non relinquens nonaginta novem, in montes profectus quarit quod erravit? Syrus nostrum interpretem sequitur. Et relinquens nonaginta novem in monte, & profectus quarit, &c. Vbi habet מִן בְּתוֹרָה in monte. Singularem pro plurali.

§. 2. Oves nonaginta novem multi putant Angelos. Eorum enim cura Deo est & hominum patiter, sed maior hominum, quos cælum deferens reliquit. Origen. hom. in Gen. Hilarius Ambr. in Apolog. Davidis cap. 5. Gregor. Hom. 34. Athan. 9. 2. Verum multi eorum non literaliter, sed mystice & per accommodationem ita loquuntur. Mihi verior aliorum videretur expositio. Tantummodo demonstrari caritatem & benignitatem Dei erga homines, tam magnam esse erga unum peccatorem Dei caritatem, ut si ex centum unus deesset, illius causa venturus esset in mundum Saluator.

VERSVS 15.

Si autem peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit lucratu eris fratrem tuum.

QVÆSTIO I.

Quomodo priuatim frater corrigendus?

De omni
peccato lo-
quitur.

§. 1. Græce dicitur ἀποκρίσθαι, quod non de eo solum dicitur, qui ignorantia vel infirmitate delinquit, sed etiam illo, qui fastu, malitia, & ex proposito, facinus concipit. Sic etiam Syrus אֲשָׁל non est duntaxat errare, sed quocunque modo delinquere. Est enim stulte & insipienter agere: omne autem peccatum vocari solet stultitia, quod caduco, & falso bonum æternum & immensum proponat. Itaque etiam de grauissimis scelerebus aliquando accipitur.

De condi-
tione &
monitione
agitur.

§. 2. In te peccare dicitur frater tuus, vel qui coram te peccat, vel qui iniuria te lædit. Priore sensu Christi verba multi accipiunt, non enim de condonanda iniuria agi videtur, sed fraterna correctione, quæ etiam ad cætera pertinet peccata, quæ præsentem nequaquam lædunt. Quanquam autem eadem sit lex admonendi & corrigendi peccatoris, siue in te peccet, siue in Deum aut proximum, non dubito tamen hic agi, de illo peccato quod contra eum, qui arguere eum debet committitur, atque in eo cæterorum correctio traditur. ostendit hoc ipse modus loquendi. Nunquam enim latinis dicitur: peccare in te, pro, coram te, multo minus Græce ἀποκρίσθαι ἐν σοί, pro ἐναντίον σοί, coram te, idem non modo de Hebræa phrasi constat. Sed hoc insuper notandum est, Græca & Latina ex Hebræo & Syro idiomate esse. Vide Iudic. 12. 17. Chrysost. eodem modo interpretatur. Nihil aliud esse arguere, desinit, quam peccati memoriam reducere, & quæ passus sit exponere. Magnam vero perfectionem ostendit, cum non eum qui fecit, sed qui passus est iniuriam, ad illum qui fecit, adducit.

§. 3. Accedit etiam Petri interrogatio, & simili-

tudo regis debita remittentis, quibus ostenditur de condonatione agendum esse. Præcedentia autem hanc interpretationem postulant. Quantum mali in scandalis esset, Christus explicuit, similitudine Pastoris, & ex voluntate patris cœlestis. Obiectio supererat; Quid si ille, quem tam vehementer colere iubetur, iniuria afficiatur, à me vicissim eundem quasi lege charitatis sublata inuadit, nefas erit?

Respondet Christus, non esse malum malo persequendum, sed corrigendum. Atque id agendum velu- creris fratrem, non perdas. Quid enim amabilius, quam eum qui penas sumere posset, de eiusdem salute ad laborare? Nota, esse correctionis finem hunc, non alium, non ergo ira & præcipitancia agendum, sed ut lucris vel fratem, vel ne fratris vicio alius inficiatur. Itaque neque odio eius tacere debes, ut persenseret in delicto, nec parcendo perfonæ, ut tuo silentio pereat, quem saluare Deus voluit per tuam charitatem.

§. 4. Obicit Beza, inter te, hoc est, te tantum conficio. Nam ante egit de illis, qui aliis sunt offendiculo, nunc de illis agit, quibus obiectum est offendiculum, quos vult ita comparatos esse, ut saluti fratrum consulant.

Respondeo. Omnino hoc Christum velle verum proponere exemplum in te difficile, & quæ hominibus ardua sit; Nusquam enim difficilius zelum præpoterum temperare, quam cum ipsi offenduntur: cum proximum lædi vident, cum diuinam maiestatem violati sentiunt, boni & sancti tantum contumelia creatoris mouentur, impii vltro irident: at si ipsi minimo afficiuntur in cōmodo, irritati insaniunt & iram indignationem, odium zeli nomine prætexunt. Si igitur in propria causa zelum charitate temperent, in aliena modum facilius tenebunt, ut mitiora remedia amplexi ad extrema non descendant, nisi postquam lenitatem in irritum cadere sunt experti.

§. 5. Egregie Cyrillus explicuit præceptum corrigendi, in Leuit. 1. 3. & Eucherius, Episcopi, inquit, ante per se alios, singulariter peccantes conueniant, deinde cum paucis, postea vero cum tota Ecclesia. Modum veteris Ecclesiæ exhibet Tertull. in Apologetico. c. 39.

§. 6. Cyprianus Episcopus, hæreticos eodem modo fugiendos docet. Nulla societas fidei & perfidia potest esse: qui cum Christo non est, qui aduersarius Christi est, qui unitati eius & paci inimicus est, nobiscum non potest coherere. Si cum precibus & satisfactionibus veniunt, audiuntur: si maledicta & minas ingerunt, respuantur.

§. 7. Tertullianus lib. de Baptismo, cap. 6. Hinc dei firmitatem adstruit. Nam si in tribus testibus, inquit, stabit omne verbum quanto dum habemus per benedictionem eosdem arbitros fidei quos & sponsores salutis, sufficit ad fiduciam spei nostra, etiam numerus nominum damnatorum?

§. 8. In correctione igitur fraterna hoc obseruandum est, ut sit, spes emendationis, hic enim monendi & arguendi finis est: non enim arguendus est, si tua admonitione irritabitur. Deinde ut inter te & ipsum solum fiat correctio, si peccatum sit occultum. Si enim publicum sit, atque in alio: um vergat damnum, etiam publice remedia adhibenda sunt. alio qui si solus corrigere potes, testem ne adhibe, solius studiosus salutis, parcens verecundia; nam si coram pluribus eum infames, non es corrector, sed proditor. Etiam de peccatis in Deum intelligendum, nam

ad omnia omnino pertinent
dicta Christi.

VERSVS

VERSUS 16.

*Si autem te non audierit, adhibe
tecum adhuc unum, vel duos, ut
in ore duorum vel trium testium
stet omne verbum.*

QVÆSTIO I.

Quid agendum sit, si te non audierit?

§. 1. *Q*uod si frater peccatum excuset, aut defen-
dat, adhibendi testes, quorum prudentia,
autoritate & reuerentia possit ad frugem reduci. Nam
illi simul testabuntur, in peccato alterum versari; ar-
que eo modo plurimum sententiæ cederet. Vt Chrysostomus
August. Serm. 16. de verbis Domini. Hoc etiam adiu-
uabit, quod ex ordine quo alterum videt correctio-
nem instituisse facile animaduertere possit, ad Eccle-
siam rem esse pertineturam. publicæ igitur reprehensi-
onis metu facilius se corrigit. Omne verbum rem
totam significat quæ rara erit, *et si firmabitur* duorum
testimonio. Testibus enim credere tenebitur, qui ius-
tam reprehensionis causam, & fraternam esse corre-
ctionem testabuntur.

§. 2. Quapropter magnopere animaduertendum
est, ut illi quibus delictum fratris patefit, & motibus
iustis, & eam opinionem apud corrigendum habeant,
quæ ad emendationem adferat incitamentum. Sed &
illud considerandum, ut qui dignitate excellunt, co-
ram illis moneantur, quorum præsentia non magis
exasperentur. Quæ vero admonendi, corrigendi, re-
prehendendi cessitas cuiuslibet priuato incumbat, alio
loco explicatum est. Hoc nunc tantummodo mo-
neo, maximum atque efficacissimum corrigendi fra-
tris esse modum, si charitate, pietate, sanctitate, atque
adeo operibus bonis eius delictum arguas.

VERSUS 17.

*Quod si non audierit eos: dic Eccle-
siam: si autem Ecclesiam non audie-
rit, sit tibi sicut ethnicus & publi-
canus.*

QVÆSTIO I.

Si testes contemnat, cui dicendum?

§. 1. *C*hristus Ecclesiæ dicendum esse pronun-
ciat, si non audierit, seu *ἐκκλησίαν*, non di-
gnatus fuerit audire, contempserit, quemadmodum
dicitur *meo ego*, qui ne aspicere quidem dignatur. Sy-
nagoga non audierit. Non iam alio remittit, non diu-
no iudicio commendat. Sed iubetur haberi sicut Eth-
nicus & publicanus. Syrus appellat *ἔθνη* Ghibitha-
rum, congregationem. Beza Senatum Ecclesiasticum
interpretatur. Gytrens pios & doctos Seniores, non
vulgares alii vero totum populum cognitores, & iudi-
cem faciunt, more Quiritium, cum ad populum sic
ret pronocatio.

§. 2. Ecclesia, quamuis frequenter totam Rem-
publicam, hoc est, præfides & populum in facis li-
tis designet, hoc tamen loco turbam seu plebem non
comprehendit. Constat hoc tribus præcipue ratio-
nibus. Primo enim multitudo peccatorem iuuare
non potest. Deinde non iudicat imo ne cognoscit
quidem ordinatè. Denique ligandi & soluendi iurif-
dictio penes multitudinem non residet. Quod si et

iam eius temporis consuetudo spectetur, non diffi-
cile fuerit ostendere iudicium, quo pronuncietur esse
tanquam Ethnicus & publicanus non multitudinis,
sed magistratus fuisse. Multitudo enim ad hoc ut ali-
quis *ἀποκρυψέτω* extra Synagoram fieret, non agita-
tur apud plebem, sed magistratum. Ioann. 9. 22. & 12.
42. & 16. 2. Hebræi quidem solent iudicia coram mul-
titudine exercere, non tamen ipsa multitudo iudicat.
Calvinus alludi ad Synagoram opinatur, sed eam
non vocat Christum Ecclesiam, nec suos eo relegat,
nec ex eius ordine veteri formandus est Christianæ
Ecclesiæ status.

§. 3. Quæ Calvinus hic contra excommunica-
tionem Ecclesiasticam crepat, nihil opus est refutare,
cum manifesto mendacio omnia nitantur. Zvvinglij
verba observatione digna sunt, occultam & externam
Ecclesiam esse affirmat: deinde his verbis Anabaptis-
tas aggreditur. *Quæ eos qui se Anabaptistas iungunt, &
Ecclesiam eorum summis rebus laudibus, quis eos certos sa-
ciat, quod Catabaptistarum Ecclesia, Ecclesia sit Dei? Quam
ergo hac de reserit esse non possunt, cur non manent in Ecclesia,
à qua turpiter desierunt? Hoc eisdem verbis Zvvinglio
nos obicit, quod ille Catabaptistas, quia Zvvinglio
nos obicit, quia nulla hæresis diuturna est,
scinditur quotidie. Et facile illi rationem reddent, cur
ab hæresi recedant, nunquam Calvinistæ, cur à ve-
ritate.*

§. 4. Rursum non est dicendum congregationi
aliqui seniorum aut iudicum, sed præfili: nec alia est
mens Chrysostomi cum dicendum antititib. & præ-
filiis Ecclesiæ, perinde enim est ac si cenat Episcopo
dicendum. Nam paulo post vitur singulati: *Episcopo
Nec dixit Ecclesia præfili, vinculus istum constringe, &c. Quia
ex reapparet, Episcopo dicendum, & si Episcopus
reus sit, Archiepiscopo, & si ille, Patriarchæ, ac tan-
dem Pontifici. Solet tamen indicari mortuo Episcopo
illius consilio, aut senatui Ecclesiastico quam-
uis etiam viuo Episcopo, illius consistorio, & iudici
proponi solent, sed ita tamen ut constet, totum ius
penes Episcopum, à quo etiam iudices & alii consi-
liarii potestatem acceperunt.*

§. 5. Hæc testimonia probat Bellarminus l. b. 2. de
conc. c. 2. Concilia generalia à Pontifice confirmata
errare non posse: Verba eius sunt. Testimonia propria
sunt tria. Primum est Matth. 25. *Ubi sunt duo vel tres congre-
gati in nomine meo, illic sum in medio eorum.* Calvinus non
adeo magni facit hoc testimonium, propterea, quod ex eo videat-
ur probari posse etiam concilium duorum hominum non pos-
se errare. Sed id hoc testimonium non contemnet, qui obseruauit Concilia
argumentum sumi non simpliciter ex his verbis, sed ex his ver-
bis continuatis cum superioribus, & propterea addit argu-
mentatione à minore ad maius. Dixerat enim antea Dominus
de homine incorrigibili, *Dic Ecclesia & si Ecclesiam non audierit
sit tibi velut Ethnicus & publicanus.* At ne quis Ecclesiam siue
congregationem prælatorum contemnendam putaret, adiunxit
continuo: *Amen dico vobis, quæcumque ligaueritis super terram,
erunt ligata & in caelo. Et ne quis dubitaret de assensu Dei,
quando Episcopi congregati aliquem damnant, vel absolunt,
subiungit: Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine
meo, ibi ego in medio illorum sum. Quorum verborum hæc sen-
tentia est: si duo vel tres congregati in nomine meo obtinent
semper, quod petunt à Deo nimirum sapientiam & lumen, quod
sufficit eis ad cognoscenda ea, quæ ipsis necessaria sunt, quanto ma-
gis Episcopi omnes congregati in nomine meo, semper obtinebunt,
quod iuste petunt, id est, sapientiam & lumen ad iudicanda ea,
quæ ad totam Ecclesiam dirigendam pertinent: Itaque siue pauci,
siue multi, siue priuati siue Episcopi congregentur in nomine
Christi omnes habent Christum præsentem & adiutorem, &
obtinere quod eis continetur obtinere. Sed in congregatione pau-
corum & priuatorum adest Christus ut eos adiuuet in rebus
paruis & priuatis; in congregatione autem Episcoporum adest,*

ut eos adiuvet in rebus magnis & publicis. Ita hunc locum exponit, & hoc argumento vitur Concilium Chalcedonense, in Epistola ad Leonem, quae est post finem tertiae actionis eiusdem Concilii. Item sexta Synodus Act. 17. Toletanum tertium non procul ab initio. Item Innocentius Papa apud Gratian. dist. 20. Can. de quibus. Coelestinus in Epistola ad Ephesinum Concilium. 1. & Cyrillus in expositione Symboli Niceni circa principium. Hoc sane prudenter & solide Ecclesiae enim multo maior potestas confertur, quam vni alterius testi. Non enim qui eos non audierit erit sicut Ethnicus & publicanus. Deinde privatis testibus, etsi illi moneant reprehendant, instituunt, non est data ligandi aut solvendi potestas, sed Ecclesiae. Confirmatur vero ex eo, quod absolute & simpliciter sit sicut Ethnicus & publicanus, qui à generali Ecclesia damnatus est. Nam qui ab aliqua Ecclesia excommunicatus est, causa illius cognosci potest à generali. Scueritas igitur mandati, quae ad obtemperandum Ecclesiae, eique credendum obstringitur infallibilem & perpetuo remotam illius fidei, & fidei doctrinam sancit. Cur enim exitum minaretur non audienti Ecclesiam, si vox eius fallax & veritatis aliena esse aliquando potest? Incertae enim auctoritati non potest haberi certa fides. At inde tantum certo constare volunt, non eirae eam, si verbo scripto nitatur. Parum sane consultum ea ratione fuerit, vel indoctis, vel medio criter etuditis, imo vel ingeniosissimis, & in sacris literis, longa aetate & immenso labore exercitatis, ut ad Scripturam Ecclesiae decreta examinent, & pastores suos iudicet oves, subditi magistratui. Quod adeo perspicuum est, ut de ipsis scripturis fuerint quaestiones plurimae, an legitimae an spurcae sint? quae um definitio ad Ecclesiam pertinet.

Ecclesia
certa au-
toritas.

Ecclesia
Scripturam
habet.

Scriptura
lectio indi-
get discre-
tione.

§. 6. Vera est Ecclesia quae congregatur sub nomine Christi, hoc est illo capite, quod fungitur vice Christi, alioqui multa hoc nomen & a se usurpant, at nequaquam sub nomine Christi congregantur. Ad rem non facit quod Calvinus. l. 4. Inst. c. 1. §. 9. Scriptura omnia metitur, Ecclesia enim veram scripturam habet, verumque & genuinum sensum retinet. Haec tamen aditur ab illis, qui nec scripturam tenent, imo interdum ab illis, qui magnam Scripturam partem ignorant, legere nesciunt. Est quidem in Ecclesia publica Scriptura lectio, quae omnibus dominicis & festis in Ecclesia peragitur, ad quam omnes admittuntur, imo monentur ut auditum veniant. Est etiam privata, quae omnibus permittitur, non tamen vernaculae cuiuslibet versionis, sed approbatae. Nec tamen cuilibet est interpretandi, & iuxta proprium iudicium intelligendi, ne tot oriantur haereses, quot sunt lectores. Imo ne haeretici quidem passim omnes omnibus permittunt. Multusculus in locis Comm. Tit. de Sacris Scripturis, discretionem requirit, nec legem Hebraeorum improbat, quam Nazianzenus in Apologetico recitat, quae cauebatur ne ad quamlibet scripturam quaelibet aetas admitteretur, sed aliae quidem cunctis ab initio tanquam communes legendae permitterentur, aliae vero non nisi illis, qui annum vigesimum quintum excessissent. Monet vero etiam ille non accedendum illotis manibus ad scripturam legendam, sed precibus praemissis, studio veritatis agnoscendae, vitae emendandae. Itaque nec Cantica Canticorum, nec figuras Moysi, non oacula Prophetarum, non Apocalypsin legi à pueris permittit. Quod si periculosum est ante annum vigesimum quintum illos legere, quomodo non periculosum fuerit, Epistolas Pauli, aliosque libros enolere? quomodo non periculosius editiones vernaculas, non approbatas legere? Quomodo vero de Ecclesia, & Pastoribus iudicabunt ex illa lectione adolescentes? Quomodo statuent quodnam Ecclesiae dogma sit contra scripturam? de lectoribus loquor, non enim infanti tam tutam legedi nesciam hic com-

memore, quae non iudicando Ecclesiam, sed cam agendo salua futura est.

QVÆSTIO II.

Quomodo sicut Ethnicus & Publicanus?

§. 1. Syrus inuenit *מכשף איך חנפיה* sicut Ethnicus & sicut Publicanus. Verbum hoc enim significat infidelem Ethnicum; etiam hypocritam & assentatorem, sicut Ethnicus, non iam frater; sed Ethnicus & idololatra, quocum proinde nihil ribi sit commercii maioris, quam cum Ethnicis. 1. Cor. 5. 11. nec cibum eo sumere, & Ioan. E. pist. 2. 10. nec aue ei dixeris. Si vero deinceps pergat ledere, non miraberis, quid enim aliud Ethnicus facit Christiano? Interim etsi in numero fratrum eum non deputamus, eorum salutem tamen semper inquirimus. Vt ait S. August. Gentes Iudaei dicebant, omnes sua religione alienos. Publicanos quasi profecti & desperatae improbitatis homines auctabantur, de quibus alio loco dixi.

VERSUS 18.

Amen dico vobis, quaecumque alligaueritis super terram, erunt ligatae in caelo: & quaecumque solueritis super terram, erunt soluta in caelo.

QVÆSTIO I.

Quae hic potestas significatur?

§. 1. PRimo satis constat promitti hoc loco Apostolis potestatem ligandi & solvendi, non dum dari: post resurrectionem autem datam esse, quae hic promittitur. Christo enim vivo, Apostoli neque habuerunt illam potestatem, nec vti sunt. Christus enim solvenda soluit in terra, & liganda ligavit. Constituti sunt autem legati redeunt in caelos principe Iesu Christo Domino nostro.

§. 2. Deinde in confesso est, non posse hanc potestatem, de sola Evangelii praedicatione intelligi. Hic enim potestatem confert Apostolis, ne quis eorum iudicium contemnat, posse enim eos solvere, & ligare, contemporem autem fore derisibilem & abominatum. Hanc potestatem inter haereticos asserunt Britanni Frigenillae Gautius in palatia Christi. Adrianus Saravia de variis ministrorum gradibus, & de presbyterio, & de auctoritate imperandi, & Christiana obedientia. Enumerat vero Gautius. c. 2. Palmarum ista: Munus praedicandi verbum Dei, monendi, hortandi, arguendi, haereticis resistendi, vigilandi, sacramenta administrandi, ordinandi, coercendi, & Saravia tradendi, corrigendi, arguendi, iudicandi, dammandi. Quin ipse Calvinus. l. 4. Inst. c. 11. §. 2. Ligandi & solvendi potestatem, ad claves & iurisdictionem pertinere. & clarius. l. 4. c. 8. 19. Data est ergo non ad solam praedicationem, sed alia multa Apostolis potestas.

§. 3. Maximam esse Ecclesiae auctoritatem, hoc probat Bullingerus: ut pote cuius sententia, de abolutione vel damnatione pronuntiata, diuino etiam roboratur iudicio, de excommunicatione vero agriam ante docuerat. Negat tamen inde confici, Ecclesiam quidvis posse, ut leges de religione condere. Nihil enim hic disputare de potestate condeudarum legum, sed de admonitione, correctione, & tollendis scandalis, vnicuique pertinent ad commendationem Ecclesiasticae unitatis. Non condit novas Ecclesiae de religione leges, sed declarat quae sit vera religio, quae scripturae sensus, caeremonias quidem honestas instituit, sed non sunt fidei articuli.

QVÆSTIO

VERSUS 16.

*Si autem te non audierit, adhibe
tecum adhuc unum, vel duos, ut
in ore duorum vel trium testium
stet omne verbum.*

QVÆSTIO I.

Quid agendum sit, si te non audierit?

§. 1. Quid si frater peccatum excuset, aut defen-
dat, adhibendi testes, quorum prudentia,
autoritate & reuerentia possit ad frugem reduci. Nam
illi simul testantur, in peccato alterum versari; ar-
que eo modo plurimum sententiæ cederet. Vt Chrysostomus
August. Serm. 16. de verbis Domini. Hoc etiam adiu-
uabit, quod ex ordine quo alterum videt correctio-
nem instituire facile animaduertere possit, ad Eccle-
siam rem esse pertineturam. publice igitur reprehensi-
onis metu facilius se corrigit. Omne verbum rem
totam significat quæ rara erit, *et si firmabitur* duorum
testimonio. Testibus enim credere tenebitur, qui ius-
tam reprehensionis causam, & fraternam esse corre-
ctionem testantur.

§. 2. Quapropter magnopere animaduertendum
est, ut illi quibus delictum fratris patefit, & motibus
iustis, & eam opinionem apud corrigendum habeant,
quæ ad emendationem adferat incitamentum. Sed &
illud considerandum, ut qui dignitate excellunt, co-
ram illis moneantur, quorum præsentia non magis
exasperentur. Quæ vero admonendi, corrigendi, re-
prehendendi celsitas cuiuslibet priuato incumbat, alio
loco explicatum est. Hoc nunc tantummodo mo-
neo, maximum atque efficacissimum corrigendi fra-
tris esse modum, si charitate, pietate, sanctitate, atque
adeo operibus bonis eius delictum arguas.

VERSUS 17.

*Quod si non audierit eos: dic Eccle-
sias: si autem Ecclesiam non audie-
rit, sit tibi sicut ethnicus & publi-
canus.*

QVÆSTIO I.

Si testes contemnat, cui dicendum?

§. 1. Christus Ecclesiæ dicendum esse pronun-
ciat, si non audierit, seu *ἐκκλησίαν*, non di-
gnatus fuerit audire, contempserit, quemadmodum
dicitur *meo ego*, qui ne aspicere quidem dignatur. Sy-
nagoga non audierit. Non iam alio remittit, non diu-
no iudicio commendat. Sed iubetur haberi sicut Eth-
nicus & publicanus. Syrus appellat *ἔθνη* Ghibitha-
rum, congregationem. Beza Senatum Ecclesiasticum
interpretatur. Gytrens pios & doctos Seniores, non
vulgares alii vero totum populum cognitores, & iudi-
cem faciunt, more Quiritium, cum ad populum sic
ret pronocatio.

§. 2. Ecclesia, quamuis frequenter totam Rem-
publicam, hoc est, præfides & populum in facis li-
tis designet, hoc tamen loco turbam seu plebem non
comprehendit. Constat hoc tribus præcipue ratio-
nibus. Primo enim multitudo peccatorem iuuare
non potest. Deinde non iudicat imo ne cognoscit
quidem ordinatè. Denique ligandi & soluendi iuris-
dictio penes multitudinem non residet. Quod si et

iam eius temporis consuetudo spectetur, non diffi-
cile fuerit ostendere iudicium, quo pronun-
ciatur esse
tquam Ethnicus & publicanus non multitudinis,
sed magistratus fuisse. Multitudo enim ad hoc ut ali-
quis *ἀποκαταστήσῃ* extra Synagoram fieret, non agita-
tur apud plebem, sed magistratum. Ioann. 9. 22. & 12.
42. & 16. 2. Hebræi quidem solent iudicia coram mul-
titudine exercere, non tamen ipsa multitudo iudicat.
Calvinus alludi ad Synagoram opinatur, sed eam
non vocat Christum Ecclesiam, nec suos eo relegat,
nec ex eius ordine veteri formandus est Christianæ
Ecclesiæ status.

§. 3. Quæ Calvinus hic contra excommunica-
tionem Ecclesiasticam crepat, nihil opus est refutare,
cum manifesto mendacio omnia nitantur. Zvvinglij
verba observatione digna sunt, occultam & externam
Ecclesiam esse affirmat: deinde his verbis Anabaptis-
tas aggreditur. Quæ eos qui se Anabaptistas iungunt, &
Ecclesiam eorum summis rebus laudibus, quis eos certos sa-
ciat, quod Catabaptistarum Ecclesia, Ecclesia sit Dei? Quam
ergo hac de re certi esse non possunt, cur non manent in Ecclesia,
à qua turpiter desierunt? Hoc eisdem verbis Zvvinglio
nos obuiamus, quod ille Catabaptistas, quia Zvvinglio
glorianis deficiunt, quia nulla hæresis diuturna est,
scinditur quotidie. Et facile illi rationem reddent, cur
ab hæresi recedant, nunquam Calvinistæ, cur à ve-
ritate.

§. 4. Rursum non est dicendum congregationi
aliqui seniorum aut iudicum, sed præfili: nec alia est
mens Chrysostomi cum dicendum antititib. & præ-
filiis Ecclesiæ, perinde enim est ac si cenat Episcopo
dicendum. Nam paulo post vitur singulati: *Episcopo
dicendum*
Nec dixit Ecclesia præfili, vinculus istum constringe, &c. Quæ
ex re apparet, Episcopo dicendum, & si Episcopus
reus sit, Archiepiscopo, & si ille, Patriarchæ, ac tan-
dem Pontifici. Solet tamen indicari mortuo Episcopo
illius consilio, aut senatui Ecclesiastico quam-
uis etiam viuo Episcopo, illius consistorio, & iudici
proponi solent, sed ita tamen ut constet, totum ius
penes Episcopum, à quo etiam iudices & alii consi-
liarii potestatem acceperunt.

§. 5. Hæc testimonia probat Bellarminus l. b. 2. de
conc. c. 2. Concilia generalia à Pontifice confirmata
errare non posse: Verba eius sunt. Testimonia propria
sunt tria. Primum est Matth. 25. Vbi sunt duo vel tres congre-
gati in nomine meo, ille sum in medio eorum. Calvinus non
adeo magni facit hoc testimonium, propterea, quod ex eo videat-
ur probari posse etiam concilium duorum hominum non pos-
se errare. Sed hoc testimonium non contemnet, qui obseruauit Concilia
argumentum sumi non simpliciter ex his verbis, sed ex his ver-
bis continuatis cum superioribus, & propterea addit argu-
mentatione à minore ad maius. Dixerat enim antea Dominus
de homine incorrigibili, Dic Ecclesia & si Ecclesiam non audierit
sit tibi velut Ethnicus & publicanus. At ne quis Ecclesiam siue
congregationem prælatorum contemnendam putaret, adiunxit
continuo: Amen dico vobis, quæcunque ligaueritis super terram,
erunt ligata & in caelo. Et ne quis dubitaret de assensu Dei,
quando Episcopi congregati aliquem damnant, vel absolunt,
subiungit: Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine
meo, ibi ego in medio illorum sum. Quorum verborum hæc sen-
tentia est: si duo vel tres congregati in nomine meo obtinent
semper, quod petunt à Deo nimirum sapientiam & lumen, quod
sufficit eis ad cognoscenda ea, quæ ipsis necessaria sunt, quæ magis
Episcopi omnes congregati in nomine meo, semper obtinebunt,
quod iuste petunt, id est, sapientiam & lumen ad iudicanda ea,
quæ ad totam Ecclesiam dirigendam pertinent: Itaque siue pauci,
siue multi, siue priuati siue Episcopi congregentur in nomine
Christi omnes habent Christum præsentem & adiutorem, &
obtinere quod eis continetur obtinere. Sed in congregatione pau-
corum & priuatorum adest Christus ut eos adiuuet in rebus
paruis & priuatis; in congregatione autem Episcoporum adest,

ut eos adiuvet in rebus magnis & publicis. Ita hunc locum exponit, & hoc argumento vitur Concilium Chalcedonense, in Epistola ad Leonem, quae est post finem tertiae actionis eiusdem Concilii. Item sexta Synodus Act. 17. Toletanum tertium non procul ab initio. Item Innocentius Papa apud Gratian. dist. 20. Can. de quibus. Coelestinus in Epistola ad Ephesinum Concilium. 1. & Cyrillus in expositione Symboli Niceni circa principium. Hoc sane prudenter & solide Ecclesiae enim multo maior potestas confertur, quam vni alterius testi. Non enim qui eos non audierit erit sicut Ethnicus & publicanus. Deinde privatis testibus, etsi illi moneant reprehendant, instituunt, non est data ligandi aut solvendi potestas, sed Ecclesiae. Confirmatur vero ex eo, quod absolute & simpliciter sit sicut Ethnicus & publicanus, qui à generali Ecclesia damnatus est. Nam qui ab aliqua Ecclesia excommunicatus est, causa illius cognosci potest à generali. Scueritas igitur mandati, quae ad obtemperandum Ecclesiae, eique credendum obstringitur infallibilem & perpetuo remotam illius fidei, & fidei doctrinam sancit. Cur enim exitum minaretur non audienti Ecclesiam, si vox eius fallax & veritatis aliena esse aliquando potest? Incertae enim auctoritati non potest haberi certa fides. At inde tantum certo constare volunt, non errare eam, si verbo scripto nitatur. Parum sane consultum ea ratione fuerit, vel indoctis, vel medio critere studiis, imo vel ingeniosissimis, & in sacris literis, longa aetate & immenso labore exercitatis, ut ad Scripturam Ecclesiae decreta examinent, & pastores suos iudicent oves, subditi magistratui. Quod adeo perspicuum est, ut de ipsis scripturis fuerint quaestiones plurimae, an legitimae an spurcae sint? quae una definitio ad Ecclesiam pertinet.

Ecclesia
certa au-
toritas.

Ecclesia
Scripturam
habet.

Scriptura
lectio indi-
get discre-
tione.

§. 6. Vera est Ecclesia quae congregatur sub nomine Christi, hoc est illo capite, quod fungitur vice Christi, alioqui multa hoc nomen seclae usurpant, at nequaquam sub nomine Christi congregantur. Ad rem non facit quod Calvinus. l. 4. Inst. c. 1. §. 9. Scriptura omnia metitur, Ecclesia enim veram scripturam habet, verumque & genuinum sensum retinet. Haec tamen aditur ab illis, qui nec scripturam tenent, imo interdum ab illis, qui magnam Scripturam partem ignorant, legere nesciunt. Est quidem in Ecclesia publica Scriptura lectio, quae omnibus dominicis & festis in Ecclesia peragitur, ad quam omnes admittuntur, imo monentur ut auditum veniant. Est etiam privata, quae omnibus permittitur, non tamen vernaculae cuiuslibet versionis, sed approbatae. Nec tamen cuilibet est interpretandi, & iuxta proprium iudicium intelligendi, ne tot oriantur haereses, quot sunt lectores. Imo ne haeretici quidem passim omnes omnibus permittunt. Multusculus in locis Comm. Tit. de Sacris Scripturis, discretionem requirit, nec legem Hebraeorum improbat, quam Nazianzenus in Apologetico recitat, quae cauebatur ne ad quamlibet scripturam quaelibet aetas admitteretur, sed aliae quidem cunctis ab initio tanquam communes legendae permitterentur, aliae vero non nisi illis, qui annum vigesimum quintum excessissent. Monet vero etiam ille non accedendum illotis manibus ad scripturam legendam, sed precibus praemissis, studio veritatis agnoscendae, vitae emendandae. Itaque nec Cantica Canticorum, nec figuras Moysi, non oacula Prophetarum, non Apocalypsin legi à pueris permittit. Quod si periculosum est ante annum vigesimum quintum illos legere, quomodo non periculosum fuerit, Epistolas Pauli, aliosque libros enolere? quomodo non periculosius editiones vernaculas, non approbatas legere? Quomodo vero de Ecclesia, & Pastoribus iudicabunt ex illa lectione adolescentes? Quomodo statuent quodnam Ecclesiae dogma sit contra scripturam? de lectoribus loquor, non enim infanti tam tutam legedi nesciam hic com-

memore, quae non iudicando Ecclesiam, sed cam agendo salua futura est.

QVÆSTIO II.

Quomodo sicut Ethnicus & Publicanus?

§. 1. Syrus inuenit *מכשף איך חנפיה* sicut Ethnicus & sicut Publicanus. Verbum hoc enim significat infidelem Ethnicum; etiam hypocritam & assentatorem, sicut Ethnicus, non iam frater; sed Ethnicus & idololatra, quod cum proinde nihil ribi sit commercii maioris, quam cum Ethnicis. 1. Cor. 5. 11. nec cibum eo sumere, & Ioan. E. pist. 2. 10. nec aue ei dixeris. Si vero deinceps pergat ledere, non miraberis, quid enim aliud Ethnicus facit Christiano? Interim etsi in numero fratrum eum non deputamus, eorum salutem tamen semper inquirimus. Vt ait S. August. Gentes Iudaei dicebant, omnes sua religione alienos. Publicanos quasi profecti & desperatae improbitatis homines auctabantur, de quibus alio loco dixi.

VERSUS 18.

Amen dico vobis, quaecumque alligaueritis super terram, erunt ligatae in caelo: & quaecumque solueritis super terram, erunt solutae in caelo.

QVÆSTIO I.

Quae hic potestas significatur?

§. 1. PRimo satis constat promitti hoc loco Apostolis potestatem ligandi & solvendi, non dum dari: post resurrectionem autem datam esse, quae hic promittitur. Christo enim vivo, Apostoli nec habuerunt illam potestatem, nec vti sunt. Christus enim solvenda soluit in terra, & liganda ligavit. Constituti sunt autem legati redeunte in caelos principe Iesu Christo Domino nostro.

§. 2. Deinde in confesso est, non posse hanc potestatem, de sola Evangelii praedicatione intelligi. Hic enim potestatem confert Apostolis, ne quis eorum iudicium contemnat, posse enim eos solvere, & ligare, contempnorem autem fore deestabilem & abominatum. Hanc potestatem inter haereticos asserunt Britanni Frigenillae Gaudius in palatia Christi. Adrianus Saravia de variis ministrorum gradibus, & de presbyterio, & de auctoritate imperandi, & Christiana obedientia. Enumerat vero Gaudius. c. 2. Palmarum ista: Munus praedicandi verbum Dei, monendi, hortandi, arguendi, haereticis resistendi, vigilandi, sacramenta administrandi, ordinandi, coercendi, & Saravia tradendi, corrigendi, arguendi, iudicandi, dammandi. Quin ipse Calvinus. l. 4. Inst. c. 11. §. 2. Ligandi & solvendi potestatem, ad claves & iurisdictionem pertinere. & clarius. l. 4. c. 8. 19. Data est ergo non ad solam praedicationem, sed alia multa Apostolis potestas.

§. 3. Maximam esse Ecclesiae auctoritatem, hoc probat Bullingerus: ut pote cuius sententia, de abolutione vel damnatione pronuntiata, diuino etiam roboratur iudicio, de excommunicatione vero agriam ante docuerat. Negat tamen inde confici, Ecclesiam quidvis posse, ut leges de religione condere. Nihil enim hic disputare de potestate condeudarum legum, sed de admonitione, correctione, & tollendis scandalis, vnicuique pertinent ad commendationem Ecclesiasticae unitatis. Non condit novas Ecclesiae de religione leges, sed declarat quae sit vera religio, quae scripturae sensus, caeremonias quidem honestas instituit, sed non sunt fidei articuli.

QVÆSTIO

QVÆSTIO II.

Quid de Confessione deducant orthodoxi?

QVÆSTIO I.

An omnia impetrentur à consentientibus?

Confessionem duas ob causas suadet Calu-
nus. l. 3. c. 4. §. 12. Quæ quidē admittēre pos-
sumus verum Christi sententiam excludere non de-
bent. Ideo enim sacerdoti culpa dicitur, ut cognoscat
& indicet. Datur igitur potestas cognoscendi, sol-
uendi & ligandi sacerdoti, qui soluendo liberat pec-
cator, & ad Ecclesiæ sacramenta admittit, ligando au-
tem priuatiū excommunicat, & sacramentis abstin-
ere iubet. Datur & superiori, qui publice excom-
municat.

§. 2. De disciplina, Excommunicatione etiā
Caluinus interpretatur. l. 3. Instit. c. 4. §. 12. & 3. c. 4. §.
20. & l. 4. c. 12. & l. 4. c. 12. §. 9. Quod vero rigidi Calui-
niani docere nituntur presbyteriū moribus cōponē-
dis institutum esse, id Angli, alijque refutant, nec. n.
vltimū talium est in scripturis vel Ecclesijs mentio.
Matthæi Sutlinij hæc verba sunt c. 10. de presbyterio,
ratione. 6. Cū Ecclesiā Dominus domus sue administrationē
dispositurus esset clauis ille Apostolus tradidit, presby-
teriū autē quam Apostolicam clauis dispensationem ne nōmina-
uit quidem. Quare nisi Apostolicam sacrosanctam ostendere
posset presbyteri, non illi quidem cum clauibus in Ecclesiā
administrationem ingressi sed oculis foribus per impluuium
illud esse, aut per rimas irrepsisse videntur, quod locum
Matthæi 16. capite ad se rapiunt, inepte faciunt, presbyteri
enim originem ipsi a Matth. 18. capite, repetunt, quo tempore
clauis commissa erat. Apostolus ipsi suos presbyteros non fuisse
in mundo saltem cogitatur. Ut huic malo occurrat Caluinus
distinctionem quandam (ut ipsi videbatur) subtiliter medi-
tatur est. Germanam appellat & fluentem, nos fluidam
fatetur, sed nullam cum ratione illi esse cognationem agnoscit.
Dicit Christum Matth. 16. de excommunicationis aut
administrationis ecclesiæ potestate minime locutum. ista
enim Matth. 18. primum concessa fuisse imaginatur, huic eius
fluentem & germanam (ut appellat) interpretationi contradic-
cant Chrys. August. & omnes, qui huius loci meminerunt pa-
tres. Videt igitur quibus credendum est: patribus ne omnibus
ecclesiæ administratione loquentibus, an vni Caluino con-
tra? Sed neque necesse est quidem patres in hac causa
allatæ, ipse enim textus clare loquitur, nam cum de adifica-
tione illius loquatur Christus, quæ sine certa administra-
tione fieri non potest: & cum clauis potestatem designent po-
tius imperandi quam facultatem docendi: quis Christum de
nuda cetero vniuersali facultate, ac non etiam de administratione
& potestate locutum putet? Sed ut presbyterio ista potestas ac-
quiratur non à patribus tantum, & vltima interpretatione,
sed à ipsi verbū recedendum erat: si approbauerit presbyte-
rium, id est, (ut ipsi loquantur) tribunal Christi, satis erit.

Non conueniunt ista vnicuique sed Ecclesiæ: non
enim singulis fidelibus sed Apostolis potestas data
est. Errat hic sane Lutherus dum ait omnes posse soluere.
Bellarm. de sacram. lib. 1. c. 25. Origenis etiā inter-
pretatio falsa est ad omnes pertinere hanc potesta-
tem, cum tamen perspicuum sit Ecclesiā illam con-
fetti, hoc est Apostolis Ecclesiæ capitibus.

VERSUS 19.

Iterum dico vobis, quia si duo ex vo-
bis consenserint super terram, de
omni re quamcunque petierint,
fer illis à Patre meo qui in cœ-
lis est.

§. 1. **M**ultilibet *πολλοι ἀμην*, sed nec latini, nec Sy-
rus id habent. Aliud magnum munus Ec-
clesiæ datum, si duo ex discipulis credentibus in
me, consenserint *συμφωνήσουσιν, in meo*, scilicet Spi-
ritu non humano affectu. Cyprian. Ep. 8. si duobus
ex vobis conuenerit. Intelligenda sunt hæc secun-
dum ea, quæ cap. 77. petite & c. positæ conditioni-
bus orandi & ceteris quæ ad rem pertinent. Orige-
nes: Si vir & mulier ex consensu abstinerint, omnia impe-
trabunt. Alij: si anima & corpus consens. rint; Alij ad
Apostolos, alij ad reprehensum & reprehendentem.
De omni re, supponitur enim honesta esse, & licita,
si vero paucis conuenientibus adest, quanto magis
toti ecclesiæ & concilio? nec modo in oratione, sed
decernendi autoritate, quamuis & illa decreta con-
ciliorum præcedat oratio.

§. 2. Quomodo cum præcedentibus coherere,
non est facile constituere. Videtur tamen illis certit-
udinem & iudicandi infallibilitatem promittere. ut
Greg. lib. 7. Ep. 110. arbitrat, si enim priuatos oran-
tes audit multo magis Ecclesiā audiet.

QVÆSTIO II.

An Christus secundum corpus sit vbique?

§. 1. **H**æc verba ad absurdum errorē Vbiquitæ
vsurpant; si enim in medio suorum est, cum
illi penitoto o be sparsi sint, necesse est, vbique esse.

Respondet ad ill. sed diuinitate, potentia, gra-
tia, operatione, non corporis præsentia. Cuius in-
terpretationis hoc est certissimum argumentum.
Quod de singulari præsentia, modo hic agitur, qua
ita adest pijs, & concordibus, ut non adit impijs &
dissentientibus: At vero si corporis mole vbique est,
& vili loquantur, omnipræsens, atque de illa præ-
sentia verba Christi accipienda sunt, etiā impijs
Ethnicis, & publicanis est præsens. Vide August. E-
pistol. ad Dardanum, & Tractat. 50. in Ioann. Accipiant
& hoc boni sed non sint solliciti: loquebatur enim de præsen-
tia corporis sui. Nam secundum maiestatem suam, secun-
dum prouidentiam, secundum ineffabilem & inuisibilem gra-
tiam impletur, quod ab eo dictum est, Ecce ego vobiscum sum
vsque ad consummationem seculi. Secundum carnem vero non corpo-
ram verbum assumpsit, secundum id quod de virgine natus
est, secundum id quod à Iudæis prebensus est, quod ligno con-
fixus, quod de cruce depositus, quod linteo inuolutus, quod
in sepulchro conditus, quod in resurrectione manifestatus,
non semper habebitis vobiscum. Quare: quoniam conuersatus
est secundum corporis præsentiam, quadraginta diebus cum
discipulis suis, & eis deducenibus videndo, non sequendo as-
cendit in cælum, & non est hic. Ibi est enim sedet ad dexteram
patris; & hic est, non enim recessit præsentia maiestatis. Aliiter:
secundum præsentiam maiestatis semper habemus Christum:
secundum præsentiam carnis, recte dictum est discipulis, me
autem non semper habebitis. Habuit enim illum Ecclesiā se-
cundum præsentiam carnis paucis diebus: mod. fide tenet, o-
culus non videt. Ergo si ita dictum est, me autem non semper
habebitis, questio sicut arbitror iam nulla est, quæ duobus mo-
dis soluta est: & Cyrill. super Ioann. lib. 6. c. 14. & l. 9.
c. 21.

VERSUS 20.

Vbi enim sunt duo vel tres congrega-
ti in nomine meo, ibi sum in medio
eorum.

QVÆSTIO I.

An semper adsit congregatis in nomine suo?

§. 1. **I**n nomine Christi congregari, est conuenire eius auctoritate, ad eius gloriam, ut caput & Dominum ipsum agnoscant. Conciliorum auctoritatem hisce verbis semper sancti Patres, imo ipsa Concilia probant: si enim duobus tantum promittitur, cur non toti Ecclesiæ? At vero in Concilio generali omnis Ecclesiæ conuenit, in prouinciali pars, sed capite suo iuncta: nam Pontificis consensu conuenit, & confirmatione roboratur, Caluinus Conciliorum auctoritatem abrogat, quod incertum sit, conueniant ne in nomine Christi, atque illa ipsa non modo Confessores, & Episcopos sanctos habuerunt, verum etiam multos martyrio candidatos, & post occisos, de quibus dubitare non licet, an conueniant in nomine Christi, si passi sunt pro Christo.

VERSVS 21. 22.

Ideo assimilatum è regnum cælorum homini regi qui voluit rationem ponere cum seruis suis.

QVÆSTIO I.

Quoties proximo remittendum?

§. 1. **C**um Petrus sibi, suisque facultatem ligandi & soluendi concedendam audisset, de usu potestatis dubitat. Crebra enim sunt iniuriæ & nimia indulgentia ad deteriora videtur incitamentum esse. Certe igitur aliquid statui desiderat, Ideoque & certum ponit numerum. Septies vero in die cadit iustus ita etiam septies remitti posse existimat. *Vsq̃ septies* inquit Syrus, לשבע זבין *Lashabagh, Zabim*, ad septem tempora, seu vices septem. regebat eundem numerum, quia Petrus illum quasi nimis magnum proposuit. Itaque in decuplum non modo, sed in centuplum augeat, ut sit 70. per 7. multiplicata, vel 77. tantum. Græcus ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. Itaque 490. vices, hoc est quotiescunque peccarit. Aug. 1. serm. 15. de serm. dom. Peccat semel ignoui, peccat secundo, & tertio ignoui, quarto vapulet. Corripimus verbis, & si opus est verberibus, sed delictum dimittimus, culpam de corde abijcimus, ut si per charitatem imponatur disciplina, de corde leuitas non recedat. Si tantum ab hominibus exigit clementiam quanta est in Deo? Syrus habet שבע זבין לשבע זבין *Lashabaghin, Zabnin, shebagh*. ad septuaginta vices, septem Septem. Hebraei eodem modo solent loqui. לשבעים פעמים שבעה שבעה *Lashibghim paghamim, shibgha, shibgha*. Septuaginta vicibus, septies, septies seu septem septem.

Quemadmodum autem omnes sibi conciliati sunt & amici, sibi; cupiunt ignosci, ita in alios duri sunt, iniurias enim sibi illatas æstimant, non item quibus alios agitant. Luc. 7. 4. Si septies peccauerit in te, & septies conuersus ad te dicens: Pœnitent me, remitte ei: Hoc Christus dixit, deinde addidit seu explicuit, non tantum septies sed septuagies septies. Sæpissime igitur condonari Deus vult, nunquam iram retineri.

§. 2. Lucas penitentiam requirit, quibus ex verbis nonnulli odisse sibi & persequi inimicos permittunt nisi illi respiciant. Errant illi: inimicos enim diligere oportet, etsi persistant in pertinacia, & indices illudere vobis, novas offensiones accumulando pergant, non tamen opus est, aut vos iustos & sanctos, quodque gratiam consecuti sunt, existimare, aut illis fidere, atque in familiaritatem recipere.

Quomodo autem læsos vltro deprecari fas sit, docet S. Hieronym. in Psal. 119. explicans illud. *Relinque munus tuum ad altare.*

Nulia enim oblatio Deo facta grata est, quam odium proximi, & simultas inficit. Nulla gratior quæ Dei causa proximo remittere. Deo enim vel seueritatis, vel misericordiæ legem dictare videtur, qui vel inexorabilis fratri non vult ignoscere, vel facilis omnia donat.

§. 3. Nouatianorum & Anabaptistarum superbam pertinaciam hoc Elogio patres, & Ecclesiastici tractatores fulminarunt de quibus crebro actum est.

VERSVS 23.

Tunc accedens Petrus ad eum dixit:

Domine quoties peccabit in me frater meus & dimittam ei: vsq̃ septies? Dicit illi Iesus: Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies.

QVÆSTIO I.

Quis Rex?

§. 1. **D**eus ipse rex est ex lege comparationis, quod enim cum suis debitoribus Rex agit, hoc & Christus cum suis. Pollux. l. 9. c. 9. Atticum talentum ait esse sex millium drachmarum atticarum, Babylonium millium septem. Aginæum decem millium. Syrum mille & quingentarum iuxta atticæ drachmæ rationem: hic ingens precium significatur, cui soluendo si ruus non esset. Similitudinis vis præcipue in eo consistit: quod Dominus & seruus comparatur, deinde conserui. Dominus seruo ingentem summam donat. Seruus conseruum exigui præcipui causa suffocet, & in carcerem conijcit.

VERSVS 24. 25. 26.

Et cum cepisset rationem ponere, oblatu est ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta. Cum autem non haberet unde redderet, iussit eum Dominus eius venundari, & uxorem eius & filios & omnia quæ habebat, & reddi. Procidens autem seruus ille orabat eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.

QVÆSTIO I.

Quomodo Dominus debita exigit?

§. 1. **M**agnam seueritatem præfert ut ius suum ostendat & seruum suæ conditionis admo- neant, alioqui mitiore sententia supplicii condonat omnia, ita Deus quoque ius suum ostendisse contentus facile ignoscit penitentibus, & veniam rogantibus, seruus ille ponitur qui prouinciam aliquam administravit, ac inde plurima debita contraxit. Debitores Romæ addicebantur, dabatur in nexum, crudelis lex quæ diuidebat, lege duodecim tabularum plures creditores, corpus sequebatur. Gellius nocturnum Attic. lib. 20. capite 1. in Extremo

Extremo ergo rigore iussit agi, ut meritum suum servus agnosceret, nam tanta debita non erant futura sine culpa servi. Omnia non poterat, sed spondebat, quod poterat in præsens. Debitum δὲ αὐτοῦ mutuum, & alienum quocunque modo contractum, quod non ster vertit, ratione ponere: in Syro est *למא* ab recipere, ad hoc enim rationem ponebat, ut illi darent, ille reciperet. v. 18. est in plerisque *ἐν* pro *ἐν*. v. 19. in latinis plerisque abest illud *ἐν* τῶν πέντε αὐτῶν, in *petit* eius. In Syriaco etiam habetur. Denarius Hebræus, sed *denaria* etiam vocabant ex consuetudine Romanorum, continebat 96. grana hordei ponderis, i. 6. Drachmas,isque maior denarius erat. argenteum denarium fuisse 6. obolos atticos, octo aureos centum fecisse tradunt.

VERSUS 34.

*Et iratus Dominus eius tradidit eum
tortoribus quoadusq; redderet vniuersum debitum.*

QVÆSTIO I.

Quæ pena servi?

§. 1. **V**T omnia redderet quæ cum non posset, æternum debuit, ideoque in carcere perman-

sit. Alioqui si minor summa, persolvere potuisset. Deus quoque tum omnia ad extremum exigit cum in proximos crudelis quispiam esse cepit. Sic enim pater celestis faciet, nisi remisistis quisque proximo de corde suo. Græce additur *παρακαταθήκατε τὰ δανειὰ, ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκταθήσεται τὰς πόλεις αὐτῶν, ὡς ἡ πόλις ἡ σικκὰ*, peccata eorum, sic etiam Syrus.

§. 2. Origenistæ mille annos pænarum & deinde finem fore ex hoc loco sine ratione docebant, hic enim traditur æternis tormentis. Ita Chryl. in hunc locum. Quia enim beneficijs melior fieri non potuit, subigitur tormentis.

§. 3. Non exigit pœnas culpæ semel remissa Deus. Sed misericordiam negat illi qui non fecit misericordiam. Iacob. 2. 13. Verū humana ad diuina accommodat Christus. Rex enim ille nequam seruum in carcerem detruxit ob crudelitatem, ut qui conseruum suffocavit & vi in carcerem rapuerit. Iniquitatem enim & crudelitatem corrigere regis erat. Non fecit tamen, seruo iniuriam; nam carcerem merito hanc conditionem ponit, ut non exeat nisi debitum persoluat. Si enim ei, qui in vinculis est, dici multa potest centum aureorum, ut non nisi illa data exeat, pari ex causa cogi potest ut debitum centum aureorum ante condonatum exoluat, quo non redditur irrita vetus remissio, sed noua pœna imponitur, quæ in hoc seruo, crimini est accommodata & quasi ex lege Talionis posita.

* *

CAPVT XIX.

I factum est, cum consummasset Iesus sermones istos, migravit à Galilea, & venit in fines Iudææ trans Iordanem. 2. & secuti sunt eum turba multa, & curauit eos ibi. 3. Et accesserunt ad eum Pharisei tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam, quacunque causa? 4. Qui respondens, ait eis: Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum, & feminam fecit eos: & dixit: 5. Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & e-
runt duo in carne vna. 6. Itaque iam non sint duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. 7. Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudiij, & dimittere? 8. Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: ab initio autem non fuit sic. 9. Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, machatur. 10. Dicunt ei discipuli eius: Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. 11. Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. 12. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum celorum. Qui potest capere capiat. 13. Tunc oblatis sunt ei paruuli, ut manus eis imponeret, & oraret. Discipuli autem increpabant eos. 14. Iesus vero ait eis: Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium est enim regnum celorum. 15. Et cum imposuisset eis manus, abiit inde. 16. Et ecce vnus accedens, ait illi: Magister bone, quid boni faciam ut habeam vitam æternam? 17. Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? Vnus est bonus, Deus. Si autem vis in vitam ingredi, serua mandata. 18. Dicit illi: Quæ? Iesus autem dixit: Non homicidium facies: Non adulterabis: Non facies furtum: Non falsum testimonium dices: 19. Honor a patrem tuum, & matrem tuam, & diliges proximum tuum sicut teipsum. 20. Dicit illi adolescens: Omnia hæc custodiui à iuuentute mea, quid adhuc mihi deest? 21. Ait illi Iesus: Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus: & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me. 22. Cum audisset autem adolescens verbum, abiit tristiter: erat enim habens multas possessiones. 23. Iesus autem dixit discipulis suis: Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum celorum. 24. Et iterum dico vobis: Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum celorum. 25. Auditis autem his discipuli mirabantur valde dicentes: Qui ergo poterit saluus esse? Aspiciens autem Iesus, dixit illis: Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possibilia sunt. 27. Tunc respondens Petrus, dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo eris nobis? 28. Iesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ: sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. 29. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. 30. Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.